Huc Caesar magnis diurnis nocturnisqꝫ itineribus contendit. occupatoqꝫ oppido ibi presidia collocat. Cū paucos dies ad uesumtionem rei frumtarie cōmeatusqꝫ causa moratur ex predicatione nrōꝝ uocibusqꝫ gallorum ac mercatorum qui ingenti magnitudine corporum germanos incredibili uirtute atqꝫ exercitatione in armis ēē predicabant. sepenūo sese cū his congressos ne uultus quidem atqꝫ aciem oculorꝝ ferre potuissꝫ. tantus subito timor omnem exercitum occupauit. ut nō mediocriter omnium mentes aīosqꝫ perturbaret.

Hic pmum ortus ē timor a tribunis ac prefectis reliquisqꝫ qui ex urbe amicicie causa Cesarem secuti

nō magnum in re militari usum habebant. Quorum alius alia causa illata qua sibi ad proficiscendum necessariā ēē duceret. Petebat ut ei' uoluntate discedere liceret. Non nulli pudore aducti ut timoris suspitionem uitarēt remanebant. hi neq₃ uultum fingere neq₃ interdū lacrimas tenere poterant. abditi in tabernaculis aut suum fatum querebant. aut cū familiaribꝫ suis comune periculum miserebant. Vulgo totis castris testamenta obsignabant. Horum uocibus ac timore paulatim. & hi qui in castris magnū usum habebant, milites centurionesq₃ quiq₃ equitatui preerant pturbabant. Qui se ex his minus timidos existimari uolebant nō se hostem uereri sed angustias locorū. et magnitudinē siluarꝫ q̄ in eos atq₃ ariouistū intercederēt. aut rem frumētariam ut satis comode suportari posset. timere dicebant. nō nulli ēt caesari renūctiabant cū castra moueri ac signa ferri iussisset. nō fore dicto audientes milites. neq₃ pp timorem signa laturos. Haec cum animaduertisset Caesar conuocato q₃ concilio omniumq₃ ordinū ad id conciliū hadibitis centurionibus. ueheminter eos incusauit. primū q̄d aut quam in ptem aut quo consilio ducerētur. s' querendū aut cogitandum putarent. Ariouistū se consule cupidissime. po. ro. amicitiam appetisse. Cur igitur hūc tam temere quisq̄ ab officio discessurum iudicaret. sibi quidem persuadere cognitis suis postulatis. atq₃ aequitate & conditione perspecta. eum neq₃ suam neq₃ po. ro.

31

gratiam repudiaturum · quod si furore atque amentia impul
sus bellum intulisset · quid tandem uererentur · aut cur
de sua uirtute · aut de ipsius diligentia desperarent ·
Factum esse hostis periculum patrum nostrorum memoria
cum cymbris & teutonis a C. Mario pulsis non mi
norem laudem exercitus quam ipse imperator meritus
uidebatur. factum esse etiam nuper in italia seruili tumultu quos
tamen aliquid usus ac disciplina quam a nobis
accepissent subleuarent. Ex quo iudicari posset
quantum haberet in se boni constantia · propterea quod quos ali
quandiu inermes sine causa timuissent · hos pos
tea armatos ac uictores superassent. Denique hos
eosdem esse germanos quibuscum sepenumero
heluetii congressi non solum in suis sed etiam in illorum
finibus plerumque superassent · qui tamen pares esse
nostro exercitui non potuerint. Si quos aduersum
prelium et fuga gallorum commoueret · hos si quere
rent reperire posse diuturnitate belli defatiga
tis gallis Ariouistum cum multos menses castris ac fe
paludibus tenuisset · neque sui potestatem fecisset
desperantes iam de pugna et dispersos subito
adortum magis ratione et consilio quam uirtute
uicisse · cui rationi contra homines barbaros atque im
peritos locus fuisset. Ac ne ipsum quidem sperare
nostros exercitus capi posse · qui suum timorem

m rei frumentarie simulationem angustiasqꝫ itineruz
conferret facere arroganter. cum aut de officio
imperatoris desperare aut pscribere uiderentur.
hoc sibi ēē cure frumentum. Sequanos Leucos Lingones
subministrare. iamqꝫ ēē in agris frumenta matura
de itinere ipsos breui tempore iudicaturos. Quod
nō fore dicto audientes nec signa laturi dicatur.
nihil se ea re cōmoueri. Scire .n. quibuscumqꝫ
exercitus dicto audiens nō fuerit aut male re
gesta fortunam defuisse aut aliquo facinore com
perto auaritiam ēē conuictam suam innocentiam
perpetua uita felicitatē heluetiorū bello ēē pspectā.
I tacqꝫ se quod in longiorem diem collaturus ēēt re
presentaturū ēē et proxima nocte et quarta uigilia
castra moturum et quāprimū intelligerē posset
utrum apud eos pudor atqꝫ offm an timor plus
ualeret. Quod si preterea nemo sequatur tamen
se cum .x. sola legione iterū de qua nō dubitaret
sibiqꝫ eam pretoriam cohortem futurā. Huic legio
ni Caesar et indulxerat precipue et pp uirtutez
confidebat maxime. Hac ratione habita mirū
in modum conuerse sunt omniū mentes summaqꝫ
alacritas et cupiditas belli gerendi innata est.
P rincepsqꝫ .x. legio per tribunos militū ei gratias
egit. quod de se optimū iudicium fecisset seqꝫ

ad bellum gerendum esse paratissimum cõfirmauit.
Inde reliquę legiones p tribunos militum et p̃morũ
ordinum centuriones egerũt. uti p eos Caesari satis
facerent se neq; unq; dubitasse neq; timuisse. neq;
de sum̃a belli suum iudicium sed imperatoris ẽẽ ex
istimauisse. Eorum satisfactione accepta et itine
re exquisito p Diuiciacum. qui ex aliis ei maxi
mam fidem hẽbat. ut milium amplius .L. circuitu
locis aptis exercitum duceret, de quarta uigilia
ut dixerat profectus ẽ. Septimo diẹ cum iter nõ
intermitteret ab exploratoribus certior factus ẽ.
Ariouisti copias a nr̃is milibus passuum quatuor
et xx. ab esse. Cognito Caesaris aduentu ariouist᷑
legatos ad eum mittit. quod ante de colloquio pos
stulasset id p se fieri licere q̃m proprius accessisset
se q; id sine periculo facer̃ posse existimar̃. Non res
puit conditionem Caesar iamq; eum ad sanitatem
reuerti arbitrabatur. cum id quod antea petẽti
denegasset ultro pollicetur magnãq; inspem ueniebat. pro suis tantis poq;. ro. in eum beneficiis cog
tis suis postulatis fore uti ptinacia desisteret
dies colloquio dictus est ex eo die quintos. Inte
rim saepe ultro citroq; cum legati in tereos mit
terentur. Ariouistus postulauit ne quem peditẽ
ad colloquium Caesar adduceret uereri se ne p

insidias ab eo circumueniretur. Vterque cum equitatu ueniret. Alia rone se no ee uenturum Caesar qd neque colloquium interposita causa tolli uolebat. neque salutem suam gallorum aequitatui comittere audebat. comodissimum ee statuit omibus aequis gallis aequitibus dtractis eo legionarios milites legionis x. cui q maxime cofidebat imponere ut presidium q amicissimu siqd opus facto esset heret. Quod cum fieret no irridicule quidem ex militibus x legionis dixit. plusquã pollicitus eet Caesar ei facere pollicitum esse in cohortis pretorie loco x. legionem habituru. & no ad aequum perscriber. Planities erat magna et in ea tumulus terrenus satis grandis. Hic locus equo fere spatio ab castris ariouisti et Caesaris aberat. Eo ut erat uentum legionem q equis uexerat passibus CC. ab eo tumulo constituit. Item equites ariouisti pari interuallo constiterunt. Ariouistus ex equis ut colloquerentur et preter se denos ut ad colloquiu adducerent postulauit. Vbi eo uentu est Caesar initio orationis sua senatusque in eum beneficia comemorauit. Quod Rex appellat est a Senatu qd amicus qd munera amplissime missa. quam rem et paucis cotigisse et. a ro. pro magnis hominu officiis consueuisse tribui docebat. Illum cum neque additum neque cam postulandi iustam hret beneficio

liberalitate sua ac senatus &c premia consecutum
docebat esse q̄ ueteres q̄ q̄ iuste cause necessitudi
nis ipsis cum heduis intercederet. Que senatus con
sulta quociés q̄ honorifica ieos facta essent, ut omni
tempore totius gallie principatum hedui tenuissent
prius etiam q̄ nostram amicitiam appetissent. Ro. po. hanc
esse consuetudinem ut socios atq̄ amicos non modo
sui nihil deperdere, sed gratia dignitate honore au
ctiores uelit esse. quod uero ad amiciciam po. ro. at
tulissent id his eripi quis pati posset. Postulauit deinde
eademq̄ legatis inmandatis dederat, ne aut hedu
is aut eorum sociis bellum inferret obsides redderet
si nullam partem germanorum remittere domum posset ac
ne quos amplius rhenum transire pateretur. Ario
uistus ad postulata cesaris pauca respondit de su
is uirtutibus multa predicauit. domum propin
quos reliquisse. sedes habere ingallia ab ipsis con
cessas obsides ipsorum uoluntate datos stipendium
capere iure belli quod uictores uictis imponere con
sueuerint. non sese gallis. sed gallos sibi intulisse. omnes
gallie ciuitates ad se oppugnandum uenisse. ac con
tra se castra habuisse eas omnis copias a se uno pre
lio pulsas ac superatas esse. Si iterum reperiri
uelint se iterum paratum esse de certare. Si pace uti
uelint inquum esse de stipendio recusare quod

sua uoluntate ad id tempus propenderint amiciciam po ro
sibi ornamento & presidio / no detrimto esse oporter · Id qꝫ
ea spe petiisse si p po ro · stipendium remittat et dediti
tij subtrahant · Non minus libenter se se recusaturu · po
ro · amiciciam que appetierit · qd multitudinez germa
norum ingalliam traducat · id se sui muniendi no gallie
impugnande causa facere · ei rei testimoniu esse · quod
nisi rogatus non uenerit et quod bellum no intulerit
sed defenderet · Sed prius ingalliam uenisse · q̄ unq̄
po ro · antea hoc tempus exercitum po ro · gallie pro
uincie fines ingressum · Quid sibi uellet · cur in suas
possessiones ueniret · & prouinciam suam hanc esse
galliam sicut illam nram · Vt ipi concedi no oporteret
si in nros fines impetum faceret · sic item nos ee ini
cos qui insuo iure interpellarem · Quod fres et ami
cos heduos appellatos dicere · no se tam barbarum neqꝫ
tam imperitum esse rerum · ut no sciret neqꝫ bello al
lobrogum pximo heduos a romanis auxiliu intulisse
neqꝫ ipos in his contentionibus quas hedui contutu et
sequanis habuissent · auxilio po ro usos esse / debere
se suspicari · simulata caesarem amicitia qd exercitu
ingallia habebat sui opprimendi causa hre · Qui nisi
decebat atqꝫ exercitum deducat ex his regionibus ·
se se illum no pamico se phoste habiturum · qd si eum
interfecerit multis se se nobilibus principibusqꝫ popu

lis romanis gratum esse facturum. Id se ab ipsis p eoru nu
cios compertum hre. quoru omnium gratiam atq ami
ciciam eius morte redimer posset. qd si discessiss et libera
possessionem galliam sibi tradidisset. magno se illu pre
mio remuneratur. & quecumq bella geri uellet. sine
ullo ei periculo et labore confecturum. Multa a Caesar
in eam sniam dicta sunt quare negocio desister no posset
neq suam neq po ro consuetudinez pati. uti optime me
rentes socios desereret. neq iudicar galliam potius esse
ariovisti potius q po ro. bello superatos esse. Aruernos
et Rutenos. a. c. Q. fabio maximo. quibus. po ro. igno
uisset. neq inprouinciam redegisset, neq stipendiuz
imposuisset. quod si antiquissimum quoq temp expet
tari oporteret. po ro. iustissimum esse ingallia imperiu.
Si iudicium senatus seruari oporteret. liberam ee galli
am q bello uictam suis legibus uti uoluisset. dum hec
incolloquio geruntur. Caesari pronuntiatuz e equites
ariouisti proprius tumulum accedere et ad nros ad
equitare. lapides telaq inros conicier. Cesar loqndi
finem fecit. seq ad suos recipit suisq imperauit. ne
quod omnio telum in hostes reicerent. Nam et si sine
ullo periculo legionis delecte comissum cum eqtatu
prelium fore uidebat. tam comittenduz no putabat.
ut pulsis hostibus dici posset, eos ab se p fidem incol
loquio circumuetos. Posteaq inuulgatus militum elatu

est. qua arrogantia incolloquio Ariouistus usus omem galli
am romanis interdixisset. Impetumque inuros ei eqtes
fecissent. eaque res colloquium ut diremisset. multo ma
ior alacritas studiumque pugnandi maius exercitui i
iectum est. Biduo post ariouistus ad Caesarem legatos
mittit. uelle se de his rebus que inter eos agi coepte
neque pfecte erant essent agere cum eo. Uti aut itery
colloquio constitueret. aut si id minus uellet ex suis le
gatis aliquem ad se mitteret. Colloquendi Caesaris cã
uisa non est. et eo magis qd pridie eius diei germani
retinere nõ poterant. quin in uros tela cõicerẽt lega
tum e suis se s magno cum periculo ad eum missurũ
et hominibus ferum ob iecturum existimabat. comodis
simum uisum est. Caium Valerium procillum. C. ua
lery caburi filium sũma uirtute et humanitate ado
loscentem. Cuius pr a Valerio flacco ciuitate donat
et pp fidem et pp lingue gallice scientiam. qua multa
iam ariouistus longinqua cõsuetudine utebatur et
quod in eo peccandi germanis causa non eẽt ad eum
mitteret. & Marium Titium qui hospicio ariouisti
utebatur his mandauit ut que diceret Ariouistus
cognoscerent. et ad se referrent. Quos cum apud
se Ariouistus in castris conspexisset exercitu suo
psente clamauit. quid ad se uenirẽt. an spectandi
causa conantes dicere prohibuit et in catenas cõiecit.
E odem die castra promouit & milibus passuum sex

a· Cesaris castris sub monte consedit· Postridie eius diei preter castra Cesaris suas copias traduxit et milibus passuum duobus ultra eum castra fecit eo consilio ut frumento comeatuque qui ex sequanis et heduis subportarentur Cesarem intercluderet/ Ex eo die dies continuos· Cesar pro castris suas copias pro duxit et aciem instructam habuit· ut si uellet Ari oiustus pre contendere ei potestas non de esset· Ario uistus his omnibus diebus exercitum castris cotinu it aequestri prelio cotidie contendit· Genus hoc erat pugne quo se germani consueti exercuerant·

E quitum milia erant sex/ Totidem numero pedites uelocissimi ac fortissimi quos ex omni copia singu lari singuli singulos sue salutis causa delegerant·

C um his impreliis uersabantur ad eos se equites re cipiebant· hi siquid erat durius concurrebant·

S i qui grauiore uulnere accepto equo deciderant· circumsistebat· Siquod erat longius prodeundum· aut celerius recipiendum tanta erat horum exerci tatione celeritas ut iubis equorum sub leuati cur sum ad aequarent· Vbi eum castris sese tenere Cesar intellexit ne diutius comeatu prohiberetur· ultro eum locum quo in lococo germani consederant/ circiter passus sexcentos ab his castris idoneum locum delegit/ acieque triplici instructa ad eum locum uenit· Primam et secundam aciem in armis esse

Tertiam castra munire iussit. hic locus ab hoste circiter passus sexcentos uti dictum est aberat eo circiter nõ milia XVI. Expedita cum om̃i equitatu Ariouistus misit que copie nr̃os perterrẽt et munitione p̃hiberent. nihilominus Secus Cesar uti ante constituerat duas acies hostem ppulsare. tertiam opus perficere iubssit munitis castris duas ibi legiones reliq̃t et ptem auxilior quatuor reliquas in castra maiora reduxit. Proximo die instituto suo Cesar a castris utrisq; copias suas eduxit paululum a maioribus castris pgressus acies instruxit hostibusq; pugnandi potestatem fecit. Ubi ne tum quidem eos prodire intellexit circiter meridiem exercitum in castra reduxit. Tum demum ariouistus ptem suarum copiarum que castra maiora oppugnaret misit acriter utrinq; usq; ad uesperum pugnatum ẽ. Solis occasu suas copias Ariouistus multis et illatis et acceptis uulneribus in castra reduxit. Cum ex captiuis q̃reret Cesar quamobrem ariouist' prelio nõ decertaret hanc reperiebat causam quod apud germanos ea consuetudo eẽt. ut matresfamilie earũ sortibus ut uaticinationib' declararẽt utrum prelium committi ex usu esset nec ne. Eas ita dicere nõ ẽẽ fas germanos superare si ante nouam Lunam prelio contendissent. postridie eius diei Cesar presidium utrisq; castris qd̃ satis ẽẽ est uisũ reliq̃t.

Omnis alarios inconspectum hostium procastris inmoribus
cōstituit. quo minus multitudine militum legionariorum
prohostium nūo ualebat. vt ad speciem alaryis uteretur.
Ipē triplici instructa acie usqꝫ ad castra hostium acces
sit. Tum demum necessario germani suas copias cas
tris eduxerunt. generatimqꝫ constituerunt paribus
interuallis. Harudes Marcomanos Triboces. Hangio
nes. Nemetes Sedusios Sueuos omēmqꝫ aciem suam
rhedis et carris circūdederunt. neqꝫ spes infuga re
linqueret. Eo mulieres imposuerūt. que inpreliū pro
ficiscentes milites passis crinibus flentes implorabant
ne se inseruitutem romanis traderent. Cesar singulis
legionibus singulos legatos et questorem prefecit. uti
eos testes sue quisqꝫ uirtutis haberet. Ipē a dextro cor
nu quod eam ptem minime firmam hostium esse āiadū
terat prelium comisit. Ita nr̄i acriter inhostes signo
Claro impetum fecerunt. Itaqꝫ hostes repente celeriterqꝫ
procurr̄erūt ut spacium pila inhostes coniciendi nō
daretur. Reiectis pilis cōminus gladiis pugnatum
est. At germani celeriter ex consuetudine sua phalan
ge facta. impetus gladiorum ex ceperunt. Reperi st̄
quāplures nr̄i milites. qui in phalangem insilirent
et scuta manibus reuellerent. de sup uulnerarent.
Cum hostium acies a sinistro cornu pulsa atqꝫ infugā
conuersa esset. a dextro cornu uehementer multi
tudine suorum nr̄am aciem premebant. Id cum āiad

uertisset. P.

uertisset. P. Cassius adolescens qui equitatui preerat quod ex
peditior erat q̄ hi qui contra aciem uersabantur. Tertiam aciē
laborantibus nr̄is subsidio misit. Ita prelium restitutum
est. atq; omēs hostes terga uerterunt. neq; prius fugere desti
terunt quod ad flumen rhenum milia passuum ex eo loco
circiter V peruenerunt. Ibi p̄ pauci aūt uiribus confisi
tranare contenderunt. aut lintribus inuentis sibi salutē
repetierunt. in his fuit Ariouistus qui ad ripam deligatā
nactus ea pfugit. Reliquos omēs equitatu consecuti nr̄i
interfecerunt. Due fuerunt ariouisti uxores una sueua na
tione quam domo secum abduxerat. Altera norica regis
uoccionis soror quam in galliam duxerat a frē missam. utreq;
in ea fuga perierunt. Due filie harū altera occisa altera
capta est. V. Ga. Valerius procillus cum a custodibus in fuga
trinis catenis uinct' traheretur in ipsum Caesarē hostiū
equitatū psequentē incidit. que quidem res nō minorē
Caesari q̄ ipā uictoria uoluptatem attulit. quod hominem
honestissimum prouincie gallie familiarem suum et hospi
tem ereptum e manibus hostium sibi restitutū uidebat. neq;
ei' calamitate de tanta uoluptate et gratulatione quicq;
fortuna diminuerat. Ipē presente de se ter sortibus cō
sultum dicebat. utrum igni statim negaretur an
in aliud temp' reseruaret'. Sortium beneficio se ēē in
columen. Item M. metius repertus et ad eum reduc
tus ē. Hoc prelio trans rhenum nunctiato. Sueui qui

ad ripas rheni uenerant domum reuerti coeperunt quos ubi ····· qui pximi rhenum incolunt pterritos senserunt insequuti magnam in his numerum occiderunt. Cesar una estate duabus maximis bellis confectis maturi' popu lo q̄ tempus anni postulabat in hyberna in sequanos exercitum deduxit hybernis labienum preposuit. Ipse i citeriorē galliam ad conuēt' agendus profectus ē.

CAI CAESARIS IMPERATORIS COMENTARIORVM SECVNDVS LIBER INCIPIT

CVM esset cesar in citeriore gallia in hybē nis ita ut supra demōstrauimus. crebri ad eum rumores afferebant' litterisq; item labi eni certior fiebat omēs belgas quam tertiam p tem gallie dixeram' contra po. ro. coniurari' obsidesq; inter se dare. Coniurandi has esse causas. Primum quod uerereītur ne omī pacata gallia ad eos exē citus noster educeret'. Deinde quod a nō nullis gallis solicitarēt' partim qui uti germanos diuti' in gallia uersari noluerant. Ita populi ro. exerci tum hiemare atq; inueterascere in gallia moleste ferebant. Partim qui mobilitate & leuitate aīi nouis imperiis studebant. a nō nullis etiā quod i gallia. a potentioribus atq; his qui ad cōducēdos

homines facultates habebant. Vulgo regna occupabāt qui minus facile eam rem in imperio nr̄o conseq̄ poterant. His nuntiis lr̄isq; cōmotus Cesar duas legiones in citeriore gallia nouas conscripsit. et ineunte estate interiorem galliam qui deduceret Q. Pedium legatum misit. Ipse cum primum pabuli copia eē inciperet ad exercitum uenit. Dat negocium senonibus reliquisq; gallis qui finitimi belgis erant uti ea q̄ apud eos gerant cognoscat seq; de his rebus certiores faciant. Hi constanter om̄es nunciauerunt manum cogi exercitus in unum locum conduci. Tum uero dubitandum nō existimauit quin ad eos proficisceretur. Re frumentaria comparata castra mouet diebusq; circiter xv ad fines belgarum puenit. Et cū de improuiso celeriusq; celeriusq; om̄i opinione uenisse. Remi qui proximi gallie ex belgis sunt ad eum legatos Iccium & Andorum Borium primos ciuitatis sue miserunt qui dicerent suaq; om̄ia i fidē ac potestatē po. ro. pmittere neq; se cū belgis reliquisq; cōsensisse neq; contra po. ro. coniurasse. paratos esse & obsides dare et imperata facere et oppidis recipere et frumento ceterisq; rebus iuuare.

Reliquos om̄is belgis marimis eē germanos q̄ cis Rhenum incolunt sese coniurauisse. Tantumq; eē om̄ium furorem ut ne suessiones quidem fratres

consanguineosq suos qui eodem iure et hisdem legibus utu
tur unum imperium unum magistratum cum ipsis hnt. dete
rere potuerut qui cum his consentiret. Cum ab his que
reretur que ciuitates. quanteq in armis eent. et quid
inbello possent sic reperiebat. Plerosq belgas ee ortos
ab germanis renumq antiquitus traductas pp loci
fertilitatem ibi consedisse gallos qui ea loca incolerent
expulisse. solosq ee qui patrum nrorum memoria omi
gallia uexata theutonos Cimbrosq intra fines suos
ingredi prohibuerint. qua ex re fieri uti eorum rerum
memoria magnam sibi auctoritatem magnosq spirit
in re militari sumerent. de numero eorum omia se here
explorata rhemi dicebant. ppea quod pquitatibus
bus affinitatibusq coniuncti quartam quisq multitu
dinem in coi belgarum concilio. et ad id bellum
pollicitus sit. cognouerint. Plurimum inter eos bel
louagos & uirtute et auctoritate et numero hoium
ualere. Hos posse conficere armata milia centu pol
licitos ex eo numero electa milia sexaginta totiusq
belli imperium sibi postulare. Suessiones suos ee
finitimos fines latissimosq feracissimosq agros
possidere. Apud eos fuisse regem nra memoria
diuiciacum totius gallie potentissimum. qui cu ma
gna ptis harum regionum tum et britannie impe
rium obtinuerit. Huc ee regem galbam adhuc pp

iustitiam prudentiamq; suam totius belli summam omniu͡z uoluntate deferri. Oppida here numero xii. polliceri milia armata L. totidem neruios. qui maxime feri inter ipos habebantur. Longissimeq; absint. xv milia atrebates. Ambranos x milia. Morinos xxv milia. Menapios septem milia. Galetos x milia. Vellocasses viii milia. Condrusos. Eburones. Ceresses. Pemanos. q' uno noie germani appellant arbitrari a quatragintamilia.
Cesar rhemos cohortatus liberaliterq; oróne psecutus omem Senatum ad se conuenire principumq; liberos obsides ad se ad duci iubsit. que omia ab his addiẽ facta sunt diligenter. Ipe Diuiciacum Heduum mag̊ pere ad hortatus docet quantope rei pu. communisq; salutis intersint. manus hostium destineri ne cum tanta multitudine uno tempore confrigendum sit. Id fieri posse si suas copias hedui infines bellouagorum introduxerint et eor agros populari ceperint. his mandatis eũ ad se dimittit. Postq; omes belgarum copias in unu locu͡z cohactas ad se uenire uidit. neq; iam longe ẽẽ ab his q̃s miserat exploratoribus et ab rhemis cognouit flumen Axonam quod est in extremis rhemorũ finibi exercitum traducere maturauit. atq; ibi castra posuit. que res et latus unum castror ripis fluminis muniebat. et post eum que eẽnt tuta ab hostibus reddebat. & comeatus rhemis reliquisq; ciuitatibus ut sine periculo ad eum por

tari posset. efficiebat. in eo flumine pons erat. Ibi presidium ponit. & in altera parte fluminis. Q. Titurium sabinum legatū cum sex cohortibus relinquit. Castra in altitudine pedum xii. uallo fossaq; duo de xx. pedum muniri iubet. ab his castris oppidum rhemorū noīe. Bibrax aberat milia passuū octo id ex itinere magno impetu belgę. oppugnarē coeperunt.

Egre eo die substentatum est gallorū eadem atq; belgarum oppugnatione. Ac ubi circūiecta multitudine hoīum totis menibꝫ undiq; in murū lapides iaci cepti s̄t. Murusq; defensoribus nudatus est. Testudine facta portas succendūt murumq; subruunt. quod tum facile fiebat. Nam cum tanta multitudo lapides ac tela conicerent in muro consistendi potestas erat nulli. Cum finem oppugnādi nox fecisset. Sicciuus rhemus summa nobilitate et gratia inter suos qui tum oppido prefuerat. Vnum ex his qui legati de pace ad Cęsarem uenerant. nuncium ad eum mittit. nisi subsidium s̄ submittatur sese diutius sustinerē nō posse. Eo die media nocte Cęsar hisdem ducibꝫ usus qui nuncii a sictio uenerant. Numidas et Cretas sagittarios et funditores bellares subsidio oppidanis mittit.

Quorū aduentu et rhemis cum spe defensionis studiū propugnandi accessit & hostibus eadem de causa spes potiendi oppidi discessit. Itaq; paulisper apud oppidū morati agrosq; rhemorum depopulati omnibus uicis aedificiisq; quot adire potuerant incensis ad castra

Cesaris cum omībus copyis contenderunt / & a milib; passu
um minus duobus castra posuerunt. Que castra ut fumo
atq3 ignibus significabatur amplius milibus passuum octo
in altitudinem patebat. Caesar primo et pp multitudine;
hostium & pp eximiam opinionem uirtutis prelys supsedere
statuit. quotidie tam equestrib; prelys quid hostis uirtute
posset et quid nr̄i auderent periclitabatur ubi nostros infe
riores nō ēē intellexit. Loco pro castris ad aciem instruē
dam natura oportuno atq3 idoneo. quod is collis ubi cas
tra posita erant paululum ex planitie editus tantū aduer
sus in latitudinem patebat. quantum loci acies instructa
occupare poterat. atq3 exutraq3 pte lateris deiectus ha
bebat. Et in fronte leuiter gastigat paulatim ad planitiē
redibat. Ab utroq3 latere eī collis transuersam fossam
abduxit circiter passuum. xl. et ad extremas fossas
castella constituit. ibiq3 tormenta collocauit / ne cum acie
instruxisset hostes quod tantū multitudinem poterant a
Lateribus pugnantes suos circum uenirē possent. Hoc
facto duabus legionibus quas proxime conscripserat in
castris relictis ut si quo opus ēēt subsidio duci possēt.
Reliquas sex legiones pro castris in acie constituit. Ho
stes item copias suas ex castris eductas instruxerant.
Palus erat nō magna inter nostrorum atq3 et hostium exercitum
hanc si nr̄i transirent hostes aut expectabant. nr̄i autem
si ab illis initium transeundi fieret. ut impeditos agrede

rentur. parati in armis erant interim prelio equestri inter
duas acies contendebatur. ubi neutri transeundi initium
faciunt secundiore prelio equitum nrorum. Cesar suos in castra
reduxit. Hostes protinus ex eo loco ad flumen Axonam côten
derant. quem esse post castra nra demonstratum ē. Ibi uadis
repertis ptem suarum copiarum traducerē conati st. eo con
silio ut si possent castellum cui preerat. Q. Titurius legat⁹
expugnarent. pontemq; interscinderet. Si minus potuissent
agros rhemorum popularent qui magno nobis usui ad bellum
gerendum erant. comeatuq; nrōs phiberent. Cesar certior
factus. a Titurio omēm equitatu et leuis armature numi
das funditores sagittariosq; pontem traducit atq; ad eos
contēdit. acriter in eo loco pugnatum est. hostes impedi
tos nostri in flumine agressi magnum numerū eorum occiderūt.
p eorum corpora reliquos audacissime transire conantes mul
titudine telorum repulerunt. Primos qui transierant eq
tatu circumuentos interfecerunt. Hostes ubi et de expu
gnando oppido et flumine transeundo spem fefellisse in
tellexerunt. neq; nrōs in locum iniquiorē progredi pu
gnandi causa uiderunt. atq; ipsis re frumentaria defi
cere coepit. Consilio conuocato cōstituerunt optimum ēē
domum suam quēque reuerti et quorum in fines pri
mum. Ro. exercitum traduxissent. Ad eos defendedos
undiq; conuenirēt ut potius in suis q̄ in alienis finibus
decertarent et domesticis copiis rei frumentarie ute

rentur. Ad eam sententiam cum reliquis causis hec quoque
ratio eos deduxit. Quod Diuiciacum quoque atque heduos
finibus bellouagorum appropinquare cognouerant. His
persuaderi ut diutius morarentur neque suis auxilium
ferrent non poterat. Ea re constituta secunda uigilia
magno cum strepitu ac tumultu castris egressi nullo
certo ordine atque imperio. cum sibi quisque primû itine
ris locum et domum peruenire properaret. fecerunt
ut consimilis fuge profectio uideretur. Hac re
Cesar statim p speculatores cognita insidias ueritus
quod qua de causa discederent nondum perspexe
rat exercitum equitatumque castris continuit.
Prima luce confirmata re ab exploratoribus omnem
equitatum qui nouissimum agmen moraretur
premisit. Eique . Q . Pedium et . L . Aruncu leium
Cottam legatos prefecit. Titum Labienum lega
tum cum legionibus tribus subsequi iubxit. Hi no
uissimos adhorti et multa milia passuum psecuti
magnam multitudinem fugientium occiderunt.
Cum ab extremo agmine ad quos uentum erat cô
sisterent. fortiterque impetum militum sustinuerunt. Priores quod abesse periculo uiderentur
neque ulla necessitate neque imperio continerentur
ex audito clamore perturbatis ordinibus omnes in
fuga sibi presidum ponerent. Ita sine ullo peri

culo tantam eorum multitudinē nostri interfecerūt quantū fuit diei spacium. sub occasumq; solis sequi destiterunt. seq; in castra ut erat imperatū receperunt.
Postridie eī diei Cesar priusq̄ se hostes ex terrore ac fuga reciperent in fines suessorum qui proximus rhenis erant exercitum duxit et magno itinere confecto ad oppidum Nouiodonum contendit. id ex itinere oppugnare conatꝰ quod uacuum a defensoribus esse audiebat pr latitudinem fosse murique altitudinem paucis defendentibus expugnare nō potuit, castris munitis uineas aggere. queque ad oppugnandū usui erant cōparare coepit. Interim omnis ex fuga suessionum multitudo pxima nocte conuenit. Celeriterq; uineis ad oppidū actis aggere iacto turribusq; constitutis magnitudine operum. que neq; uiderant añ galli neq; audierant & celeritate Romanorū pmoti legatos ad cesarem dedictionē mittit. et petentibꝰ rhemis ut cōseruarētur impetrant obsidibus acceptis. Cesar pmis ciuitatis. atq; ipius gallie regis duobꝰ filiis armisq; omībꝰ ex oppido traditis in deditionem suessones accepit, exercitumq; in bellouagos ducit. q cū se suaq; omīa in oppidum Bratuspātiū cōtulissent, atq; ab eo oppido Cesar cū exercitū circiter milia passuum . v . abesset, omēs maiores

natu ex oppido egressi manus ad Cesarem tende
re et uoce significare coeperũt. se se in ei fide ac
potestatẽ uenirẽ, neq; contra. po. ro. armis cõtender.
I tem cum ad oppidum accessissent castraq; ponerent
pueri mulieresq; ex muro passis manib; pacẽ petie
suo more a romanis pacem petierũt. Pro his Diuici
acus (nam post discessum belgarum dimissis heduorũ
copiis reuerterat) facit ũba. Bellouacos omni
tpre in fide atq; amicitia ciuitatis hedue fuisse im
pulsos a suis pncipibus q dicerent heduos a Cesare
in seruitutem redactos omẽs indignantes contume
liasq; perferre a et ab heduis defecisse et po. ro.
bellum intulisse qui huiusmodi consilii pncipes fuissẽ.
qd intelligerent quantam calamitatem ciuitati intulis
sent in brittaniam profugisse, ppea petere nõ solum
bellouacos sed et pro his heduos et sua clementia ac sua
mansuetudine in eos utatur. Quod si fecerit he
duorum auctoritatẽ apud omẽs belgas amplificatu
rum quorũ auxiliis atq; opibus siqua bella inciderĩt
sustentare consueuerint. Caesar honoris diuiciaci atq;
heduorũ causa eos in fidem recepturum et conser
uaturum dixit. Sed quod erat ciuitas magna int
belgas auctoritate atq; hominum multitudine pre
stabat sexcentos obsides poposcit. His traditis om
nibusq; armis ex oppido collatis ab eo loco i

fines ambionorum puenit. qui se suaque omia dediderūt
eorumque fines neruij attingebant. Quorum de natura
moribusque Cesar cum quereret sic reperiebat nullz
additum ēē ad eos mercatoribus nihil pati uini
reliquarumque rerum ad luxuriam ptinētum inferri.
Quod his rebus elanguescere animos eorum et remit
ti uirtutē existimare. esse homines feros magnęque
uirtutis increpitare atque incusare reliquos bel
gas. qui se po. ro. dedissent patriamque uirtutem
proiecissent. Confirmare sese neque legatos missu
ros neque ullam conditionez pacis accepturos. cū
p eorum fines triduum iter fecissent. Inueniebat ex
captiuis eorum sabim flumen ab castris suis nō am
plius milia passuum .x. ab esse. transid flumen
omes neruos consedisse aduentūque ibi romanorum
expectare una cum attrebatibus finitimis suis. Nz
his utrisque psuaserant ut eandem fortunam belli ex
perirentur. Expectari ēt ab his aduaticorum copias
atque ēē in itinere. Mulieres queque p etatem adpugnaz
inutiles esse uiderentur in eum locum coniecisse. quo
pp paludes exercitui aditus nō esset. His rebus co
gnitis exploratores centurionesque premittit q locum
idoneū castris deligāt. Cum ex dedaticijs belgis reliquisque
gallis cōplures Cęsarez secuti una iter facerent. quidam
ex his ut postea ex captiuis cognitū ē eorum dierum consu

ēt ueromandijs

etudine itineris nostri exercitus perspecta noctu ad Neruios per
uenerunt. Atque his demonstrarunt inter singulas legiones im
pedimentorum magnum numerum intercedere: neque esse quicquam
negocii cum prima legio in castra uenisset reliquaeque legio
nes magnum spacium abessent. Hanc sub sarcinis adoriri. qua
pulsa impedimentisque direptis futurum ut reliquum contra
sistere non auderent. Adiuuabant et eorum consilium qui rem
deferebant quod Neruii antiquitus cum aequitatu nihil
possent. Neque enim ad hoc tempus rei ei student. Sed quicquid
possunt pedestribus ualent copiis. quo facilius finitimorum
equitatu si predandi causa ad eos uenissent impedirent
teneris arboribus incisis atque inflexis crebrisque in latitu
dinem ramis enatis et rubescentibusque interiectis in
effecerant ut instar muri he sepes munimenta pre
berent quo non modo non intrari sed ne perspici quidem
posset. His rebus cum iter agminis nostri impediretur.
non obmittendum sibi consilium Neruii existimauerunt. Lo
ci natura erat hec. quem locum nostri castris delegerant.
Collis a summo equaliter decliuus ad flumen Sabim quod
supra nominauimus uergebat ab eo flumine pari accliui
tate collis nascebatur aduersus huic et contrarius passibus circi
ter ducentis inferius apertus a superiore parte siluestris ut
non facile introrsus perspici posset. Intra eas siluas hostes
sese in occulto continebant. In aperto loco secundum flumen
pauce stationes equitum uidebantur fluminis erat altitudo

pedum circiter trium Caesar equitatu premisso subseque
batur omnibus copijs. Sed ratio ordoque agminis aliter se ha
bebat ac belge ad neruios detulerant. Nam quo hostis ap
propinquabat consuetudine sua Cesar sex legiones expeditas du
cebat. Post eas totius exercitus impedimenta collocant. inde
due legiones que proxime conscripte erant. totum agmen
claudebant. presidioque impedimentis erant. Equites nostri cum
funditoribus saggitarijsque flumen transgressi cum hostium
equitatu prelium committunt. Cum se illi identidem in siluas
ad suos reciperent. ac rursus ex silua in nostros impetum
facerent. neque nostri longius quam quem ad finem porrecta
ac loca aperta pertinebant. cedentes insequi auderent. Inte
rim legiones sex que prime uenerant opere dimenso ca
stra munire coeperunt. Vbi prima impedimenta nostri
exercitus ab his qui in silua abditi latebant uisa sunt.
quod tempus inter eos committendi prelij conuenerant.
ita ut intra siluas aciem ordinesque constituerant. atque
ipsi sese confirmauerant in subito omnibus copijs prouolaue
runt. impetumque in nostros in equites fecerunt. His faci
le pulsis atque perturbatis incredibili celeritate ad flu
men decurrerunt. ut pene uno tempore et ad siluas et
in flumine et in manibus nostris hostes uiderentur.
Eadem autem celeritate ad uerso colle ad nostra castra
atque eos qui in opere occupati erant. contenderunt. Ce
sari omnia uno tempore erant agenda. Vexillum quod

erat proponendum insigne cum ad arma concurri op
orteret. Signum tube dandum ab opere reuocandi mi
lites qui paulo longius aggeris petendi causa proces
serant accersendi acies instruenda milites cohortādi
signum dandum. quarum rerum magnam partem
temporis breuitas & successus et incursus hostium
impediebat. In his difficultatibus duas res erant
subsidio scientia atq3 usus militum quod superiorib3
prelijs exercitati quid fieri oporteret. Non minus
comode ipsi sibi. q3 ab alijs doceri poterant. et quod
ab opere singulisq3 legionibus singulos legatos Ces
ar discere nisi munitis castris uetuerat. Hi pp pro
pinquitatem et celeritatem hostium nil eam Cesaris
imperium expectabat. Sed p se que uedibantur ad
ministrabant. Cesar necessarijs rebus imperatis ad
cohortandos milites quam in ptem fors obtulit de
currit. et ad legionem .x. deuenit. milites nō longi
re oratione cohortat' ē quam uti pristine uirtutis sue
memoriam obtineret neu pturbationem animo.
hostiumq3 impetum substinerent. quod nō longius hostes aberant
q3 quo telum adici posset. Prelij comittendi signum dedit.
atq3 in alteram ptem ite cohortandi causa pfectus pugnātib3
occurrit. temporis tanta fuit exiguitas. hostium tam parat'
ad dimicandum animus ut nō modo ad insigna accomo
danda sed ad galeas induendas tutisq3 tegmenta detru

denda tempus defuerit. quam quisq; inptem ab ope casu
deuenit. quamq; pma signa conspexit. Ad hec constitit ne
instructo exercitu magis ut loci natura deiectusq; collis
et necessitas temporis. quam ut rei militaris ratio atq; or
do postulabat. Cum diuersis legionib; alie alias inparte
hostibus resisterent sepibusq; densissimus ut antea demo
stratum est interiectis prospectus impediret. neq; qua
subsidia collocari neq; quid inqua parte opus esset p
uideri. neq; ab uno omia administrari poterat. Itaq;
intanta rerum iniquitate fortuneq; euentus uarii sequebatur
Legiones none et x. milites ut insinistra parte aciei con
stiterant. pilis emissis cursu ac lassitudine exanimatos.
uulneribusq; confectos Atrebates. nam his ea pars obue
nerat celeriter exloco superiore influmen compulerunt
et transire conantes insecuti gladiis magnam ptem eorum
interfecerunt. Ipsi transire flumen no dubitauerunt.
et inlocum iniquum progressi rursus regressos ac resi
stentes hostes re integra prelio infuga coniecerunt. Item
alia inparte due diuerse Legiones. xi et octaua pfliga
tis Veromanduis quibus cum erant congressi exloco
superiore in ipsis fluminis ripis preliabantur. attonitis fere
a fronte et a sinistra parte nudatis castris cum idextro
cornu Legio xii et non magno ab ea interuallo septima
constitisset. Omes neruii confertissimo agmine duce
Boduognato qui summam imperii tenebat ad eum

locum contenderunt. quorum pars aperto latere legiones
circumuenire pars summum castrorum locum petere cepit. Eo
dem tempore equites nostri leuisque armature pedites qui
cum his una fuerant quos primo hostium impetu pulsos
dixeram. Cum se in castra reciperent aduersis hostibus
occurrebant ac rursus aliam in partem fugam pete
bant. & Calones qui a cumana porta ac summo iu
go collis nostros uictores flumen transire conspexe
rant predandi causa egressi. Cum respexissent et
hostes in nostris castris uersari uidissent precipites fuge
sese mandabant. Simul eorum qui cum expedimentis
ueniebant clamor fremitusque horiebatur. Aliique aliam
in partem perterriti ferebantur. Quibus omnibus rebus per
moti equites treueri quorum inter gallos uirtutis
opinio est singularis qui auxilii causa a ciuitate
ad Cesarem missi uenerant cum multitudine hosti
um castra nostra compleri. Nostras legiones premi &
pene circumuentas teneri Calones equites funduto
res Numidas diuisos dissipatosque in omnes partes fugere
uidissent desperatis nostris rebus domum contende
runt. roma nos pulsos superatosque castris impedimentis
que eorum hostes potitos ciuitati renunciauerunt. Cae
sar ad x legionis cohortatione ad dextrum cornu
profectus ubi suos urgeri signisque in unum locum colla
tis duodecime legionis confertos milites sibi ipsos

adpugnam eē impedimento uidit. Quarte cohortis om
nibus centurionib; occisis signiferoq; interfecto signo
admisso reliquarū cohortium omib; fere centurionib;
aut fere uulneratis aut occisis in his pmi pili publio
Sextio baculo fortissimo uiro multis grauib;q; uul
neribus confecto ut iam se sustinere non posset.
Reliquos esse tardiores et nō nullos anouissimis
desertos p̄relio excedere et tela uitare hostes
neq; exinfrone loco subeuntes intermittere: et
ab utroq; later' instare. & rem eē in angusto
uidit. neq; ullum eē subsidium, quod submitti
posset scuto anouissimis uni militi detracto quod
ipse eo sine scuto uenerat, inprimam aciē pcessit.
Centurionibusq; nominatim appellati reliquis cohortatus
milites signa inferre et manipulos laxare iussit.
quo facilius gladijs uti possent. cuius aduentu spe
illata militibus ac redintegrato animo cum pro se
quisq; inconspectu imperatoris etiam extremis suis
rebus operam nauare cuperet paulum hostiū impe
tus tardatus est. Cesar cum septimā legionem
que iuxta constiterat, item urgeri ab hoste ui
disset, tribunos militum monuit ut paulatim
sese legionib; coniungerent & conuersa signa
in hostes inferrent. quo facto cum alius alij subsi
dium ferret neq; timerent neq; aduersi abhos

te circumuenirent. Audacius resistere ac fortius pugna
re ceperunt. Interim milites legionum duarum que in
nouissimo agmine presidio impedimentis fuerant pre
lio nunctiato cursu incitato in summo colle ab hostibus
conspiciebantur. & Titus Labienus castris hostium potitus
et ex eo loco superiori que res in nostris castris gererentur
conspicatus x legionem subsidio nostris misit. qui cum
ex equitum et calorum fuga quo in loco res esset. quantoque
in periculo et castra et legiones imperator uersaretur
cognouissent. nihil ad celeritatem sibi reliqui fecerunt.
Horum aduentu tota rerum commutatio est facta. ut nostri
etiam qui uulneribus confecti procubuissent scutis
innixi prelium redintegrarent. Tum calones per
territos hostes conspicatos etiam inermes armatis
occurrerunt. Equites uero turpitudinem fuge uir
tute delerent omnibus in locis pugnabant quo se le
gionariis militibus preferrent. At hostes in extre
ma spe salutis tantam uirtutem prestiterunt. ut cum
primi eorum cecidissent proximi iacentibus insisterent
atque ex eorum corporibus pugnarent. His deiectis
& coaceruatis cadaueribus qui superessent ut ex
tumulo tela in nostros conicerent et pila intercepta re
mitterent. ut non nequicquam tante uirtutis homines
iudicari deberent ausos esse transire latissimum
flumen. ascendere altissimas ripas subire iniquissimum

locum. que facilia ex dificilimis animi magtudo
redegerat. Hoc prelio facto et prope ad internitionez
gente ac nomine neruiorum redacto maiores natu quos
una cum pueris mulieribusque in estuaria ac paludes
collectos disseramus. Hac pugna nunctiata cum uicto
ribus nihil impeditum uictis. nihil tutuz arbitra
rentur: omnium supererant consensu. Legatos ad ce
sarem miserunt seque ei dediderunt. & in cômemorâ
da ciuitatis calamitate ex sexcentis ad tris senato
res ex hominum milibus. lx ad quigentos qui arma
ferre possent. se se redactos esse dixerunt. quos ce
sar ut in miseros ac simplices usus misericordia
uideretur diligentissime ii conseruauit suisque fi
nibus atque oppidis uti iussit et finitibus imperauit
ut ab iniuria et maleficio se suosque prohiberent.
Ad uatuci de quibus supra scripsimus cum omnibus copiis
auxilio neruiis uenirez hac pugna nunctiata ex
itinere domum reuerterunt cunctis oppidis castel
lisque desertis sua omnia in unum oppidum egregie
natura munitum contulerunt. Quod cum ex
omnibus in circuitu partibus altissimas rupes despe
ctusque haberet una ex parte leniter accliuis aditus
in latitudinem non amplius cc pedum relinquebatur.
quem locum duplici altissimo muro munierant. Tum
magni ponderis saxa et preacutas trabes in mu

ro collocabant


ro collocabant. Ipi erant ex cimbris teuthonisq pro
gnati. qui cum iter in prouinciam nrãm atq italiã fa
cerent. His impedimentis que se agere ac portarẽ nõ
poterant citra flumen rhenum depositis custodie ex
suis ac presidio sex milia hoium una reliquerant.
Hi post eorum obitũ multos annos a finitimis ex
agitati cum alias bellum inferrẽt. alias illatum
defenderẽt consensu omniũ pace facta hunc sibi domi
cili locum delegerunt ac primo aduentu exercitꝰ nri
crebras ex oppido excursiones faciebant paruulisq p
liis cum nostris contendebant. Postea uallo pedum
xii. in circuitu xv milium crebrisq castellis cir
cum muniti. oppido sese continebant. Vbi uineis
actis aggere extructo turrim procul constitui ui
derũt. primum irridere ex muro atq increpitarẽ uoci
bus quod tanta machinatio ab tanto spatio strue
retur. Quibus nam manibus aut quibus uiribꝰ
presertim hoies tantule stature. Nam plerumq omibꝰ
gallis pre magnitudine corporũ suorũ breuitas nostra
contemptui ẽ tanti oneris turrim in muros sese
collocare confiderent. Vbi uero moueri et appropin
quare menibus uiderũt noua atq inusitata
spetie cõmoti ad Cesarem legatos de pace mise
runt. qui ad hũc modum locuti nõ se existima
re romanos sine ope diuina bellũ gerere qui tante

altitudinis machinationes tante celeritate ꝓmouer̄ ex ex propinquitate pugnar̄ posse se suaqꝫ om̄ia po testati eorum ꝑmittere dixerunt. Vnum petere ac dep̄cari si forte ꝓ sua clem̄tia ac mansuetu dine quam ip̄i ab alijs audirent. statuisset ad uatucos ēē conseruandos ne se armis dispolia ret. Sibi om̄es fere finitimos ēē inimicos ac sue uirtuti inuidere a quibus se defendere tradi tis armis nō possent. Sibi prestare si in eum casum deducerēt̄. quāuis fortunam a po ro pati quam ab his ꝑ cruciatum interfici inter q̄s dominari consueuissent. Ad hec Cesar respondit se magis consuetudine sua q̄ua merito eorꝫ ciui tatem conseruaturū. si priusqꝫ murū aries attigisset. se dedissent. Sed deditionis nul lam ēē conditionem nisi armis traditis. Sꝫ id quod in nerujs fecisset facturum finitimisqꝫ imperaturum nequa dediticijs po ro. in iuriam inferrent. Renuntiata ad suos que imperarēt̄ facer̄ dixerūt. Armorum mag̊ multitudine de muro ī fossam q̄ erat oppidū iacta sic ut ꝑpe sum̄as muri aggerisqꝫ altitudinē aceruī armorꝫ ad aequarent. Et tñ circiter ꝑte t̄tia ut postea perspectū ē celata et q̄ in oppido retenta portis patefactis

eo die pace sunt usi/ sub uesperum · Cesar portes cla
udi militesqȝ exire iussit · neqȝ noctu oppidam
militibus iniuriam reciperet · Illi aūt ut inito ē
ut intellectum est consilio quod de dictione facta
nros presidia deducturos aut demqȝ indiligenti
s̄uaturos crediderant · ptim cum his retinerit &
celauerāt · ptim armis scutis ex cortice factis aut
uiminibus intextis que subito ut temporis exigu
itas postulabat · pellibus induserant · Tertia uigilia
q̄ minime arduus ad nos transmunitiones ascensus
uidebatᵗ · omībus copiis repente ex oppido eruptio
nem fecerūt · Celeriter ut ān Cesar imperarat ·
ignibȝ sīgficatione facta et proximis castellis eo
cōcursus ē pugnatūqȝ ab hostibȝ ita acriter ē ut
uiris fortibus in extrema spe l salutis iniquo
loco contra eos q ex uallo turribȝqȝ tela iacerēt
pugnari debuit · Cum in una uirtute omīs salu
tis consisteret · Occisis ad hominū milibus · iiii · re
liqui in oppidum reiecti sᵗ · Postridie eius diei re
fractis portis cum iam defoderet nemo captum
oppidum atqȝ intromissis militibus nris sectionē
eius oppidi uniuesam Cesar uendidit · ab his q
emerant capitum numerus ad eum relatᵉ milia
· Liii · Eodem tpre a · Pu · Crasso · quē cū legione una
miserat ad Venetos · Vnellos · Osismos · Curioso

litos Sesineios · Aulereios · Rhedonos · que sunt maritime ciuitates oceanumque attingunt · Certior factus est omnes eas ciuitates in deditionem potestatemque populi romani esse redactos · His rebus gestis omni gallia pacata tanta huius belli ad barbaros opinio perlata est · Uti ab his nationibus que ultra rhenum incolerent mitterentur legati ad Cesarem · qui se obsides daturas imperata facturas pollicerentur · Quas legationes Cesar quod in italiam illiricumque properabat inita proxima estate ad se reuerti iubsit · Ipse in carnutes · Andes Turonesque que ciuitates propinque his locis erant · ubi bellum gesserat legionibus in hiberna deductis in italiam profectus est · Ob easque res ex litteris Cesaris dies ·xv· supplicatio decreta est · Quod ante id tempus accidit nulli

CAI CAESARIS IMPERATORIS COMENTARIORUM BELLI GALLICI TERTIUS LIBER INCIPIT



CUM in italiam proficisceretur Cesar Seruium Galbam cum legione xij · et parte equitatus in antuates · Veragos · Sedunosque misit qui a finibus allobrogum et lacu lemano et flumine rhodano ad summas alpes pertinet · Causa mittendi fuit · Quod iter per alpes magno cum periculo magnisque portorijs mercatores ire consueuerant.

patefieri uolebat. Huic pmisit si opus ēē arbitrarētur ut in his locis legionem hymandi causa collocaret. Galba secundis aliquot prelijs castellisq complurib) eorum expugnatis. missis ad eum legatis undiq obsidibusq datis et pace facta constituit chohortes duas in antuatibus collocare. Et ipē cum ei reliquis legionib) cohortibus in uico ueragorum qui appellant ottodorus hiemar.

Qui uicus positus in ualle nō magna adiecta planitie altissimis montibus undiq continetur cum hic in duas ptes flumine diuidetur. Alteram ptem ei uici gallis ad hyemandu concessit. Alteram uacuam ab illis relictam cohortibus attribuit. Eum locum uallo fossaq muniuit.

Cum dies hybernorū complures trāsissem frumentuq eo comportari iussisset. subito per exploratores certior factus ē ex ea pte uici quam gallis concesserant om̄es noctu discessisse om̄es montesq qui impenderēt a maxa multitudine Sedunorū et Veragorū teneri. Id aliquod de causis acciderat ut subito galli belli reuocandi legionisq opprimēde consilium caperēt. Primūq legionē neq tam plenissimam detractis cohortib) duab) et compluribus singulatim qui comeatus cā missi erant absentibus pp paucitatem despiciebāt. Tum ēt quod pp iniquitatem loci cum ipi ex montibus ī ualles decurrerēt & tela conicerēt. ne pmūz quidē posse impetum substiner existimabant. Accedebat q suos a se liberos abstractos obsidum nōie dolebant et Roma-

nos nō solum iter. sed et ꝑpetue possessionis culmina alpium occupare conari. & ea loca finitime puincie ad iungere sibi ꝑsuasum habebant. His nuctiis acceptis galba cum neqꝫ opus hybernorum munitionesqꝫ plene erant ꝑfecte. Neque defrumēto reliquoqꝫ comeatu satis eēt prouisum qd deditione facta obsidibusqꝫ acceptis nihil de bello timidum existimauerat. Concilio celerit̃ cōuocato sentētias exquirer̃ coepit. Quo incōcilio cum tantū repentini periculi preter oppinionem acci disset ac iam omīa fere superiora loca multitudinī armorū completa conspicerētur. neqꝫ subsidio ueniri neqꝫ comeatus subportari interclusis itineribꝫ possēt ppe iam desperata salute. Non nulle huiusmodi sn̄ie dicebantur ut impedimentis relictis eruptione facta hisdem itineribus quibus eo ꝑuenissent ad salutem contenderēt. Maiori tam̄ pti placuit hoc reseruato ad extremum cōsilio. interim rei euētum experiri. & castra defendere breui spatio interiecto. Vix. ut his rebus quas cōstituissent collocandis atqꝫ ad ministrandis tempus daretur. hostes exomībus ptibus signo dato decurrere in pedes lapides gesaqꝫ invallum coicere. Nostri ꝑmo integris uiribꝫ fortiter repugnare neqꝫ ullam frustra telum ex loco superiore mittere et queqꝫ castrorū denudata defensoribꝫ premi uidebat̃ eo occurrere et auxiliū ferre. Sed hoc superari quod diuturnitate pugne

armatorum

hostes defessi prelio excedebant. Alii integris uiribus
succedebant. Quarum rerum a nostris propter paucitatem fieri
nihil poterat. At non modo defesso expugna excedendi sed
ne saucio quidem eius loci ubi constiterat relinquendi ac
sui recipiendi facultas dabatur. cum iam amplius horis
sex continenter pugnarent ac non solum uires sed etiam tela
nostris deficerent atque nostris hostes acrius instarent languidioribus
que nostris uallum scindere et fossas complere cepis
sent. resque etiam ad extremum perducta casum. Pu.
Sextius baculus primipili centurio. quem neruico prelio
compluribus confectum uulneribus diximus. Et item
Gaius uolusenus tribunus militum. uir et consilii magni
et uirtutis ad galbam accurrunt. atque unam esse spem
salutis docent si eruptione facta extremum auxilium
experirentur. Itaque conuocatis centurionibus celeriter mi
lites certiores facit paulisper intermitterent prelium
ac tantummodo tela missa exciperent. seque ex labore
reficerent. Post dato signo ex castris erumperent atque
omnem spem salutis in uirtute ponerent quod iussi sunt
faciunt ac subito omnibus eruptione facta. neque cog
noscendi quid fieret neque sui colligendi hostibus facul
tatem relinquunt. Ita commutata fortuna. eos qui in
spem potiendorum castrorum uenerant. Undique circum
uentos interficiunt & ex milibus hominum amplius XXX.
quem numerum barbarorum ad castra uenisse constabat.
Plus tertia parte interfecta reliquos perterritos in fugam

conyciunt. ac ne in locis quidem superioribus consistere patiuntur. Sic omnibus hostium copiis fusis armisque exutis se in castra munitionesque suas recipiunt. Quo proelio facto quod sepius fortunam temptare galba nolebat. atque alio se se in hybernia consilio uenisse meminerat. aliis occurrisisse rebus uiderat. maxime frumenti comeatusque inopia permotus. Postero die omnibus eius uici edificiis incensis in prouinciam reuerti contendit. ac nullo hoste prohibente aut iter demorante incolumem legionem in nantuatos inde in allobroges produxit. ibique hiemauit.

His rebus gestis cum omnibus de causis pacatam galliam existimaret. Cesar superatis belgis expulsis germanis uictis in alpibus seduris. atque ita inita hyeme in illiricum profectus est. quod eas nationes quoque adire & cognoscere uolebat. Subitum bellum in gallia cohortum est. Eius belli hec fuit causa.

Pu. Crassus adolescens cum legione vii. proximus mari occeano in andibus hiemauerat. His quod in his locis inopia frumenti erat profectos tribunosque militum complures in finitimas ciuitates frumenti causa dimisit. quo in numero est titus consiclius missus in esubios. Mar. Trebius gallus in curiosolitos. Q. Valerius cum tito silio in uenetos. huius est ciuitatis longe amplissima auctoritas. omnis ore maritime regionum earum quod naues habent ueneti plurimas quibus in britaniam nauigare consueue

runt. et scientia atque usu nauticarum rerū reliquos antecedunt. & in magno impetu maris atque aperto paucis portibus interiectis, quos tenēt ipi omēs fere qui in eo mari consueuerint uti. Habent uectigales ab his fit initium retinendi silii atque uellauni quod p eos suos se se obsides quos crasso dedissent recuperaturos existimabant. Horum auctoritate finitimi adducti ut sunt gallorū subita et repentina consilia. Eadem de cā Trebium Consiciumque retinēt. et celeriter missis legatis p suos pncipes inter se coniurant nihil nisi comuni consilio acturos eundemque ōis fortuna exitum ēē laturos. Reliquas ciuitates sollicitant. ut in ea libertate quā a maioribꝰ acceperant pmanerē q̄ romanorū seruitutē pferre mallent. Omī ora maritima celeriter ad suam sniam pducta. comunes legationes ad pu. Crassum mittut si uelit suos recipere obsides sibi remittat. qbus de rebus Cesar ab Crasso certior factus q̄ ipe haberat longius naues interim longas edificari in flumine ligeri quod influit in occeanū remiges ex prouincia institui nautas gubernatoresque comparari iubet. His rebus celerite administratis. ipe cum pmum p anni temp potuit ad exercitum contendit. Veneti reliqueque ciuitates cognito cesaris aduentu certiores fci simul quod quātum in se facinus admisissent intelligebant. Legatos quod nomen ad omēs na

tiones sanctum inuiolatumque semp fuisset retentos &
inuincula coniectos ab se pmagtudine periculi bellū
parare et maxime ea que ad usum nauium ptinent
prouidere instituit. Hoc maiore spe qd multū na
loci confidebant. Pedestria ee itinera concisa ex
tuarijs nauigationez impeditaz pp inscientiā locoꝝ
paucitatemque portuuz sciebant, neque nr̄os exercitus
pp frumenti inopiam diutius apud se morari cōfidebāt
ac iam ut omīa cōtra oppinionē acciderēt, tām se
plurimū posse nauibꝫ, Romanos neque ullam faculta
tez habere nauium, neque eoꝝ locoꝝ ubi bellum ge
sturi eent. Vada Portus Insulas nouisse ac lōge
aliam ee nauigationez incōcluso mari atque inuas
tissimo atque aptissimo occeano pspiciebant. His
initis consilijs oppida muniunt, frumenta exagris
in oppida comportant. naues inuenetiā ubi Cesa
rem primum bellum gesturum constabat. quā
plurimos possunt cogunt socios ad id sibi bellūz os
sismos. Laxobios Nauetes Ambiliato Marinos
Diablintes Menapios adsciscunt auxilia exbri
tania que contra eas regiones posita ē accersūt.
Erant he difficultates belli gerēdi quas supra
ostendimus, sed multa Cesarem ad id bellum
tamen incitabant. Iniurie retentorū equitū
ro rebellio facta post deditionem defectio
datis obsidibus tot ciuitatū coniuratio. Impri
mis ne hac parte neglecta relique nationes

sibi idem licere arbitrarentur. Itaqꝫ cum intelligerent
omnes fere gallos novis rebus studere et ad bellū mobi
liter celeriterqꝫ excitari. Omnes autem homines natura liber
tati studere et conditionem servitutis odisse priusqꝫ plu
res civitates conspicarentur partiendum sibi ac latius
distribuendum exercitum putavit. Itaqꝫ Titum La
bienum legatum in treviros qui proximi rheno flu
mini sunt cum equitatu mittit. huic mandat rhemos
reliquosqꝫ belgas adeat atqꝫ in officio teneat. germa
nosqꝫ qui auxilio a belgis accessiti dicebantur si per vim
navibus flumen transire conentur prohibeat. P. Crassum
cum cohortibus legionariis XII et magno numero equi
tatus in aquitaniam proficisci iubet ne ex his na
tionibus auxilia in galliam mittantur ac tante natio
nes coniungantur. Q. Titurium Sabinū legatū cum
legionibus tribus in unellos curiosolitos lexobiosqꝫ
mittit qui eam manum distinendam curet. Decimū
Brutum adolescentem Crassi gallicisqꝫ navibus quas
ex pictonibus et santonis reliquisqꝫ pacatis regio
nibus convenire iusserat preficit. Et cum primum
posset in venetos proficisci iubet. Ipse eo pedestribus
copiis contendit. Erant eiusmodi fere situs oppidorum
ut posita in extremis lingulis promontoriisqꝫ neqꝫ pe
dibus aditum haberent. Cum ex alto se estus inci
tasset quod his accidit semper horarum XII spatio
neqꝫ navibus quod rursus minuente estu naves

inuadis afflictarentur. Ita utraque re oppidorum oppugna
tio impediebatur. ac si quando magnitudine operis forte
superati extruso mari aggere ac molibus atque his oppidi
moenibus adequatis suis fortunis desperare ceperant ma
gno numero nauium appulso cuius rei summam facultatem habebant
sua deportabant omnia seque in proxima oppida recipiebant.
Ibi se rursus hisdem oportunitatibus loci defendebant.
Hoc eo facilius magnam partem estatis faciebant quod nostre
naues tempestatibus detinebantur. Summaque erat uasto
atque apto mari magnis estibus. raris ac nullis estibus
portibus difficultas nauigandi. Namque ipsorum naues ad
hunc modum facte armateque erant. carine aliquanto pla
niores quam nostrarum nauium quo facilius uada ac decessum
estus excipere possent. Prore admodum erecte atque item
pupes ad magnitudinem fluctuum tempestatumque ad
comodate. Nauesque tote facte ex robore. ad quamuis
uim et contumeliam perferendam. transtra pedalibus
in altitudinem trabibus confixa clauis ferreis digiti pol
licis crassitudine. Anchore pro funibus ferreis catenis
reuincte pelles prouellis aluteque tenuiter confecte.
Hec siue propter lini inopiam atque eius usus inscitiam siue eo
quod est magis uerisimile quod tantas tempestates
occeani tantosque impetus uentorum sustineri ac tanta
onera nauium regi uelis non satis comode posse ar
bitrabantur. Cum his nauibus nostre classi eiusmodi con
gressus erat ut una celeritate et pulsu rhemorum

prestaret. Reliqua pro loci natura pro ui tempestatum
illis ēent aptiora et accomodatiora. neqꝫ n. his nostre ro
stro nocer̄ poterant tanta inhis erat firmitudo. neqꝫ pp
altitudinem facile posse telum adijciebant. et eadem
de causa minus comode scopulis cōtinebant̄. Accedebat
ut cum seuire uentus cepisset. se uento dedissent et tē
pestatem ferrēt facilius et inuadis consisteret tutius
et ab estu derelicte nihil saxa et cautes timerēt quarꝝ
rerꝝ omnium o nr̄is nauibus casus erat extimescēdus
compluribus expugnatis oppidis. Cesar ubi intellexit fru
stra tantum laborem sumi neqꝫ hostium fugam captis
hostibꝫ imprimi neque his nocere posse statuit expectā
dam classem que ubi conuenit ac primum ab hostibꝫ uisa
ē circiter CC.XX. naues eorꝫ paratissime atqꝫ oı̄ gne
armorum ornatissime pfecte exportu nostris aduerse
constiterunt. Necꝫ satis Bruto qui classi preerat uł
tribunis militum centurionibusqꝫ quibus singule na
ues erant attribute constabat. quid agerent aut qua ra
tione pugne insisterēt. Rostri n. nocere nō posse con
gnouerant excitatis aut turribus tamen has altitudo
puppium ex barbaris nauibus superabat ut neqꝫ loco
inferiore loco satis comode tela adijci possent et mis
sa a gallis grauiꝰ acciderēt. Vna erat magno usui res
preparata a nr̄is falces p̄acute inserte affixe loguris
nō adsimili forma muralium falcium. His cū fu
nes qui antennas ad malos distinebant comphensi

aductiq; erant nauigio remis incitato prerumpebant.
Quibus ascisis antenē necessario concidebant et cū omnis gallicis nauib; spes inuclus armamētisq; cōsisteret.
His ereptis omibus usus nauium uno tempore eriperetur reliquum erat cētamen positum ut iniurtute qua nri milites facile superabant atq; eo magis quod inconspectu Cesaris atq; omis exercitus res gerebatur ut nullus paulo fortius factum latere posset. Omes n colle ac loca superiora unde erat propinquus despectus inmare ab exercitu tenebatur disiectis ut diximus antennis cū singulas bine ac trine naues circūsteterant milites summa ui transcendere in hostium naues contēdebant.
Quod postq; barbari fieri animaduerterent expugnatis compluribus nauib; cū ei rei nullum inuenirent reperirent auxilium fuga salutem petere contenderūt ac iam cōuersis meam partem nauibus quo uentus ferebat tanto subito malatia ac tranquillitas extitit ut se ex loco comouere nō possent. Quequidem res maxime ad negociū conficiēdum maxime fuit oportuna. Nam singulas nri consectati nri expugnauerunt ut perpauce ex omi numero noctis interuentu adterram peruenerint. cum ab hora fere usq; solis occasum pugnaret. Quo prelio bello uenetorū totiusq; ore maritime confectum est. Nam cum omis iuuentus omis etiam grauioris aetatis inquibus aliquid cōsilii aut dignitatis fuit eo conuenerant. Tum nauium apud ubiq; fu

erat in unum locum coegerat quibus amissis reliqui neq̃
quo se reciperent neq̃ quemadmodum oppida defenderẽt
habebant. Itaq̃ se suaq̃ omia Cesari dediderũt in q̃s
eo grauius Cesar uindicandum statuit quo diligẽtius
in reliquum tempus a barbaris ius legatorum cõserua
rent. Itaq̃ omi senatu necato reliquos sub corona ue
didit dum hec in uenetis geruntur. Quint. Titurius
sabin' cum his copiis quas a cesare acceperat in fines unel
lorum peruenit. His preerat Viridonix ac summa im
perii tenebat earum omnium ciuitatumq̃ defecerant
ex quibus exercitum magnasq̃ copias coegerat. atq̃
his paucis diebus. Aulurci Eburonices Lexouii qui
senatu suo interfecto quod auctores belli nolebat ee
portas clauserunt. seq̃ cum uiridonice cõiunxit.
Magnaq̃ preterea multitudo undiq̃ ex gallia perditorum
hominum Latronumq̃ conuenerat. quos spes p̃dandi stu
diumq̃ bellandi ab agricultura et quotidiano la
bore reuocabat. Sabinus idoneo omibus rebus lo
co castris sese tenebat. Cum uiridonix cõtra eum du
um miliũ spatium consedisset quotidieq̃ pductis co
piis pugnandi potestatem faceret ut iam nõ solum hosti
bus in contemptionem Sabinus ueniret sed et nr̃orum mi
litum uocibus nõ nihil carperetur tantamq̃ opinionẽ
timoris prebuit ut iam ad uallum castrorũ hostes ac
cedere auderent. Id ea de causa faciebat quod cũ
tanta multitudine hostium presertim eo absente

qui suma imperii teneret nisi equo loco aut oportunitate aliqua data legato dimicandum nõ existimabat. Hac cõfirmata opinione timoris idoneum quendam hoiem et calidum delegit gallum. ex his quos secum auxilii causa habebat. Huic magnis premiis pollicitationibusque psuadet, uti ad hostes transeat et quod fieri uelit edocet. qui ũ pro pfuga ad eos uenit timorẽ romanorum, quibus angustiis ipse Cesar a uenetiis premantur docet, neque longius abe e quin proxima nocte Sabinus clam ex castris exercitũ educat et ad Cesarem ferendi auxilii causa proficiscatur. quod ubi auditum ẽ conclamãt omẽs occasiones negocii benegerendi ãdmittendas nõ ẽẽ ad castra iri oportere. multe res ad hoc consilium gallos cohortabantur. Superiorũ dierum sabini cuntatio pfuge confirmatio inopia cibariorũ cui rei parũ diligenter ab his erat prouisum, sed uenetici belli et quod fer libenter id quod uolunt hoies credunt. His rebus adducti non prius uiridonicem reliquosque duces ex concilio dimittũt quam ab his sit concessum arma uti capiant et ad castra concedant. Qua re concessa leti explorata uictoria sarmẽtis uirgultisque collectis quibus fossas romanorũ compleant ad castra pergunt. Locus erat castrorum edit⁹ ut paulatim ab imo acliuis circiter passuum mille huc magno cursu contenderunt et q̃ minimũ spatii ad se colligendos armandosque romanis daretur exanimatique peruenerunt.

Sabinus suos hortatus cupientibus signum dat. impedi
tis hostibus pp ea que ferebant honera subito duabus
portis eruptionem fieri iubet factum ē oportunitate
loci hostium scientia et defatigatione militū et supe
riorum pugnarum exercitation ne unius quidem no
strorum impetum ferrent ac statim terga uerteret.
Quos impeditos integris uiribus milites nri consecu
ti magnum numerū occiderunt. Reliquos aequites
consectati paucos qui ex fuga euaserant reliquere
runt. Sic uno tempor et denauali pugna sabinus
et de sabini uictoria cesar certior fact⁹ ciuitatesq;
omēs se statim Tituro dediderunt. Nam ut adbel
la suscipienda gallorū alacer ac promtus ē aīūs sic
mollis ac resistens minime adcalamitates pferendas
mens eorum. eodem fere tpre. Pu. Crassus cum in aq
taniam peruenisset. que pars ut ante dictum ē et regi
onum latitudine et multitudine hominū extertia
pte gallie ē existimanda. Cum intelligeret in hijs
locis bellum s; gerendum ubi paucis ante annis. Lu
cius Valerius Commi⁹ legatus exercitu pulso interfect⁹
eēt. atq; unde Luci⁹ Mallius pconsul impedimētis am
issis profugisset nō mediocrem s; diligentiam adhiben
dam intelligebat. itaq; re frumentaria prouisa
auxilijs equitatuq; comparato multis preterea uiris
fortibus tolosa et narbona que sꝭ ciuitates gallie
prouinciecq; finitime ex his regionibus nominatim

euocatis insotiatum fines exercitum introduxit. Cuius aduentu cognito sociates magnis copys coactis equitatu q quo plurimum initinere ualebant agmen nrum adorti primum equestre prelium comiserunt. Deinde eqtatu suo pulsa atq insequentibus nris pulsobito pedestres copias quas incôualle ininsidijs collocauerant ondeŕut.

Hi nros disiectos adorti prelium renouarût. Pugnatû est diu atq acriter. Cum Sanciates superiorib; uictoriis freti in sua uirtute totius aquitanie salutez positâ putarent. Nostri aut q quod sine imperatore et sin reliquis regionibus adulescentulo duce effice possent pspici cuperent. tam confecti uulnerib; hostes terga uertere quorum magno nûo interfecto Crassus ex itinere oppidum Sanciatuz oppugnare cepit quib; fortiter resistentib; uineas turresq egit. illi alias eruptione temptata alias cuniculis ad aggerem uineasq actis. Cuius rei sunt Longe peritissimi aquitani pp quod apud eos multis locis aerrarie secturę sk. Vbi diligentia nroꝝ his rebus nihil profici posse intellexerunt. Legatos ad Crassum mittunt seq indeditionem recipiat petunt. Qua re impetrata arma tradere iussi faciunt. atq in ea re omnium nostroruz intentis animis alia expte oppidi Adiatundus q summa imperij tenebat cum sexcentis deuotis quos illi sedurios appellant. Quoruz hec conditio ē. ut omnibus inuita comodis una cum his fruant. Quoruz

se amicitie dediderũt: siquid his per vim accidat aut eũ
dem casum ferant una aut sibi morte consciscãt nec ad
huc hominum memoria repertus ẽ quisq̃ qui eo interfecto
cui se amicitię devovisset mori recusaret. Cũ ad
iatinum eruptionem facere conat' clamare ab ea parte
munitionis sublato cum ad arma milites cõcurris
sent vehementerq̃ ibi pugnatum esset repulsus in
oppidum. uti tam deditionis conditionem uteret' ab
crasso impetravit armis obsidibusq̃ acceptis. Crassus
in fines vocantium et Tarusantium profect' est. Tum ṽo
barbari cõmoti quod oppidum et natura loci et manu
munitum paucis diebus quibus et ventum erat ex
pugnatum cognoverant legatos quaq̃ versũs dimittẽ
coniurare obsides inter se dare copias parare coeperũt.
Mittuntur ẽt ad his civitates legati qui sũt citerioris
hispanię finitimę aquitanię inde auxilia ducesq̃ ac
cersunt. Quorum adventu magna cum auctoritate &
magna cum hominũ multitudiñ bellum gerer cõnant.
Duces vero hi diligunt' qui una cũ. Q. Sertorio om
nes annos fuerant summamq̃ scientiã rei militaris
existimabantur. Hi consuetudine Po. ro. loca capere
castra munire comeatibus nr̃os intercluder instituũt.
Quod ubi Crassus animadvertit copias suas pp exigui
tatem nõ facile diduci hostem et vagari et vias ob
sidere. et castris satis psidii relinquere ob eam
causam minus comode frumẽtũ comeatumq̃ sibi subpor

tari · Indies hostium nūs augeri · nec cuntandum existima
uit · quin pugna decertaret · Hac re ad concilium delata
Vbi omes idem sentire intellexit posterum diem pugne co
stituit Prima luce productis omībꝫ copijs duplici acie
instructa auxilijs in mediam aciem collectis · Quid ho
stes consilij caperēt expectabat · Illi et si pp multitudinē
ut ueterē belli gloriam paucitatemq; nrōꝝ se tuto dimi
caturos existimabant · Tam tutius ēē arbitrabantur
obsessis uijs comeatu intercluso sine ullo uulnerē uicto
ria potiri · Et si pp inopiam rei frumentarie romani se
se recipere cepissent impeditos in agmine et subsar
cinis infirmioresq; aīō adoriri cogitabant · Hoc con
silio probato ab ducibus productis romanorū copijs
se se castris tenebant · ac re pspecta Crassus cum
sua cuntatio ac opinio timidiores hostes nrōs milites
alacriores ad pugnandum effecisset atq; omniū uoces au
direntur · expectari diutius nō oportere quin ad castra
iretur · Cohortatus suos omibus cupientibus ad hostiū
castra contendit · Ibi cum alij fossas complerēt / alij mul
tis telis coniectis defensores uallo munitionibꝫq; de
pellerent · Auxiliaresq; quibus ad pugnandum nō mltū
Crassus confidebat Lapidibꝫ telisq; subministrandis &
ad aggerem cespitibus cōportandis spetiem atq; opi
nionem pugnantium preberent · Cum item ob hostibꝫ
constanter ac nō timide pugnaret · telaq; ex loco supe
riore missa nō frustra accederet aequites circuitis

hostium castris

hostium castris Crasso renuntiauerunt. non eadem esse di
ligentia castra ab decumana porta munita facilemq;
aditum habere. Crassus equitum prefectos cohortatus. ut
magnis premiis pollicitationibusq; suos excitaret quid
regionibus omnibus quantum ei facultas dari potuit q.
nam egredi ac se barbaris non auderet committere. Quinto
die ad Cesarem reuertitur. queq; ibi prospexisset re
nuntiat. Dum in his locis Cesar nauium parandarum
causa moratur. magna ex parte morinorum ad eum
legati uenerunt qui se de superioribus temporis con
silio excusarent fieri uellet ondit. Illi ut erat impera
tum eductis cohortibus que presidio castris relicte in
terga ab labore erant et longiore itinere circumductis
ne ex hostium castris conspici possent omnium oculisq;
mentibus ad pugnam intentis celeriter ad eas quas di
ximus munitiones peruenerunt. atq; his proruptis prius
in hostium castris constiterunt quam plane ab his uideri
aut quid rei gereretur cognosci posset. Tum uero clamore
ab ea parte audito nostri re integratis uiribus. quod ple
runq; in spe uictorie accidere consueuit acrius pugnare
coeperunt Hostes undiq; circumuenti desperatis omnibus
rebus se per munitiones decere & fuga salutem petere
intenderunt. quos equitatus aptissimis campis consectat
ex milium. L. numero que ex aquitania cantabrisq; conue
nisse constabat. Vix quarta parte relicta multa noc
te se in castra recepit. ac audita pugna maxima pars

acquitanie se se Crasso dedit obsidesq; ultro misit. q
in numero fuerunt Tarbelli Bigerriones Prociani Vo
cates Tarusates Flustrates Garites Austi Garimi.
Sibutrates Cochasates pauce ultime nationes anni
tempore confise. quod hyems suberat hoc facer
neglexerunt. Eodem fere tempore Cesar et si ppe
exacta iam estas erat tamen quod omni gallia
pacata. Morini Menapiiq; supererant qui in armis
eent neq; ad eum unquam legatos de pace misisset
arbitratus id bellum celeriter confici posse eo exercitu
adduxit qui longe alia rone ac reliqui galli bellum
gerere coeperunt. Nam quod intelligebant maximas
nationes que prelio contendissent pulsas superatasq;
esse continentes siluas ac paludes habebant eo suaq;
oia contulerunt adquarum initium siluaru cum
Cesar puenisset castraq; munire instituisset neq;
hostis interim uisus eet dispersis in opere nris
subito ex oibus partibus silue euolauerunt &
in nros impetum fecerunt. Nostri arma celeriter
coeperunt eosq; in siluas reppulerunt et compluri
bus interfectis longius impeditioribus locis secuti
paucos ex suis deperdiderunt. Reliquis dieb;
de inceps Cesar siluas cedere instituit et neqs
inermibus imprudentibusq; militibus ablater
impetus fieri posset. Oimem eam materiam q
erat Cesar conuersam ad hostem collocabat et

pro uallo ad utrunq; latus extruebat. Incredibili celeritate magno spacio paucis diebus confecto, cum iam pecus atq; extrema impedimenta ab nris tenerentur ipi densiores siluas peterent eiusmodi sunt tempestates consecute ubi uti opus necessario intermitteretur et continuatione hymbrium diutius sub pellibus milites contineri non possent. Itaq; uastatis omibus eorum agris uicis aedificiisq; incensis Cesar exercitum pduxit et in Aulertis Lexobusq; reliquis item ciuitatibus q maxime bellum fecerant in hybernis collocauit.

CAII CAESARIS IMPERATORIS COMENTARIORUM BELLI GALLICI TERTIUS LIBER. INCIPIT QUARTUS.

EA que secuta est hyeme qui fuit annus G. Pompeo M. Crasso consulibus Vsipetes germani et item tenchateri magna cu multitudine hominum flumen rhenum transierunt non longe a mari quo rhenus influit. Causa transeundi fuit qui a sueuis complures annos exagitati bello premebantur. et ab agricultura prohibebantur. Sueuorum est gens longe maxima & bellicossissima germanoru omniu. hi centum pagos here dicuntur. Ex quibus quot tot annis singula milia armatorum bellandi causa ex finibus educunt. Reliqui qui domi manserunt se atq; illos manserunt alunt. Hi rursus inuicem anno post in armis st

illi dormire manent. Sic neq3 agricultura nec ratio
atq3 s usus bel intermittitur. Sed priuati atq3
seperati agri apud eos nihil est. Neq3 longius anno.
remanere in loco vno incolendi causa licet neq3 mul
tum frumento sed maxima pte lacte ui ac pecore
uiuũt. multumq3 sunt inuenationib3. Que q res &
cibi gñe et quotidiana exercitatione et libertate
uite quod a pueris nullo officio aut disciplina passu
efacti nihil omnio contra uolontatem faciant. ut uires
et imam corporũ magnitudine homines efficat atq3 i eaz
se consuetudinez aduxerunt. vt locis frigidissimis neq3
uestitus pter pellis quicq3 haberent. Quaru pp exi
guitatem magna pars ẽ corporis apta. & lauantur
in fluminibus. Mercatoribus est ad eos adit9 magis
eo ut que bello ceperint quibus uendant. habeant.
qũa quo ullam rem ad se importari desiderent. qn
etiam iumẽtis quibus maxime galli delectant9 queq3
impenso parant pretio germani. importatis his non
utunt9. Sed que sunt apud eos nata parua atq3 defor
mia. hec quotidiada exercitatione summi ut sint laboris
efficiunt. Equestribus prelys sepe exequis desiliunt.
ac pedibus preliant9. equos q3 eodem pmaner9 uestigio
assuefacerunt. ad quos se celeriter cum usus est reci
pient. Neq3 eoz moribus turpius quicq aut inertius
habetur. quam p efiph is uti. Itaq3 ad quemuis nume
rum ephip. tatorum equitum quamuis pautis adire
audeant. Vinum ad se portari omnio nõ sinunt. qd ea

re ad laborem ferendum remollescere hoīes atqꝫ effe
minari arbitrantur. Publice maximam putant ēē laudem
q̄ latissime a finibus suis uacare agare agros. Hac signifi
cari magnum nūm ciuitatum suam uim substinere nō posse.
Itaqꝫ una ex pte a sueuis circiter milia passuum sexcenta
agri uacare dicuntur. Ad alteram ptem succedunt Vbii
quorum ciuitas ampla atqꝫ florens. ut que est caput ger
manorum et paulo quam sunt eiusdem gñis et ceteri huma
mores pp ea quod rhenum attingunt. multumqꝫ ad eos
mercatores uentitant et ipsi pp propinquitatē qđ galli
cis sunt moribus assuefacti. hos cum sueui multis sepe
bellis experti pp amplitudinem grauitatemqꝫ ciuitatis
finibus expellere non potuissent. tamen uectigales
sibi fecerunt ac multo humiliores ac infirmiores redde
gerunt. In eadem causa fuerunt Vsipedes & tenchate
ri quos supra diximus annos sueuorꝫ uim substine
runt. Ad extremum tamen agris repulsi et multis
locis germanie triennium uagati ad rhenum puene
runt. Quas regiones Menapii colebant et ad utramqꝫ
ripam fluminis agros edificia uicosqꝫ habebāt. Sed
tante multitudinis aduentu pterriti ex his edificiis
que transrhenum flumen habebant. demigrauerūt.
et cis rhenum dispositis presidiis germanos transire
prohibebant. Illi oīa expti cum neqꝫ ui contendere
pp inopiam nauium neqꝫ clam transire pp custodi
as. Menapiorum possent reuerti se in suas sedes

regionesq simulauerunt et tridui uiam progressi rursus reuer
terunt. Atq hoc itinere una nocte equitatu confecto inscios
inopinatosq Menapios oppresserunt qui de germanorum disces
su per exploratores certiores facti sine metu trans rhenum
in suos uicos remigrauerant. His interfectis nauibusq eorum
occupatis priusq ea pars menapiorum que citra rhenum
erat certior fieret flumen transierunt. Atq omnibus eorum
edificiis occupatis reliqua parte hyemis se eorum copiis alu
erunt. His de rebus Cesar certior factus et infirmitatem
gallorum ueritus. Quod sunt in consiliis capiendis mobi
les et nouis plerunq rebus student. nihil his committen
dum existimauit. Est enim hoc gallice consuetudinis. ut
et uiatores etiam inuitos consistere cogant. Et quod
quisq eorum de quaq audierit aut cognouerit querant.
et mercatores in oppidis uulgus circumsistit. quibusq
ex regionibus ueniant. quasq res ibi cognouerint pro
nuntiare cogant. His rebus aut auditionibus moti de
summis sepe rebus consilia ineunt. Quorum eos e uestigio
penitere necesse est. cum incertis rumoribus seruiant
et plerique ad uoluntatem eorum ficta respondeant. Qua
consuetudine cognita Cesar ne grauiori bello occurre
ret maturius quam consuerat ad exercitum proficiscitur.
Eo cum uenisset ea que fore suspicatus erat facta cogno
uit missas legationes ab nonnullis ciuitatibus ad ger
manos inuitatosq eos uti ab rheno discederent. Omniaq
que postulassent ab se fore parata. Qua spe adducti ger

mani latius uagabantur & in fines eburonum et condru
sorum qui sunt Treuerorum clientes peruenerant principibus
gallie uocatis. Cesar ea que cognouerat dissimulanda
sibi existimauit horumque animis permulsis et confirmatis
equitatuque imperato bellum cum germanis gerere con
stituit. Re frumentaria comparata equitibusque delectis
iter in ea loca facere coepit. Quibus in locis esse germanos
audiebat a quibus cum paucorum dierum ab esse iter le
gati ab his uenerunt. Quorum hec fuit oratio. germanos
neque priores populo romano bellum inferre neque tamen recusare si
lacessantur quin armis contendant quod germanorum con
suetudo hec sit a maioribus tradita quicumque bellum infe
rant resistere neque deprecari. Hoc tamen dicere uenisse
inuitos eiectos domo si in suam gratiam romani uelint
posse his utiles esse amicos. uel sibi agros attribuant uel
patiantur eos tenere. Quos armis possederint. sese unis
sueuis concedere. quibus ne dii quidem immortales esse
pares possint. Reliquum quidem esse in terris neminem quem
non superare possint. Ad hec que uisum est cesar respon
dit. Sed exitus fuit orationis sibi nullam cum his ami
ciciam esse posset si gallia remaneret. neque uerum esse
qui suos fines tueri non potuerint alienos occupare
neque ullos in gallia uacare agros qui dari presertim tante
multitudini sine iniuria possint. Sed licere si uelint
in Vbiorum finibus considere. Quorum sunt lega
ti apud se et de sueuorum iniuriis querantur et auxi

lium a se petant. Hoc eis impetraturum legati hec ad suos se
relaturos dixerunt. Et re deliberata post diem tertiũ
ad Cesarem reuersuros. Interea ne proprius se castra
moueret petierunt ne id quidem Cesar ab se impetra
ri posse dixit. Cognouerat enim magnam ptem equitatꝰ
ab his aliquot diebus ante predandi frumentandiqꝫ
causa ad ambiuaritos trans mosam missam hos ex
pectari equites atqꝫ eius causa moram interponi ar
bitrabant. Mosa profluit ex monte vosego qui ẽ in fi
nibus lingonum ex pte quadam ex rheno recepta
que appellantur uualis insulamqꝫ efficit Batauorꝫ
uulgo dicitur Batua. neqꝫ longius ab occeano milibus
passuum LXXX in rhenum influit. Rhenus autem
oritur ex leopontijs qui alpes & longo spatio p fines
Vantuantum Heluetiorum Sequanorꝫ Mediomatricum
Tributorum Treuirorũ citatur fertur et ubi occeano
appropinquat in plures influit partes multis ingen
tibus, que insulis effectis. Quarum pars magna a
feris barbarisqꝫ nationibus incolitur ex quibus sũt
qui piscibus atqꝫ ouis auium uiuere existimantur.
Multisqꝫ capitibus in occeanum influit. Cesar cum ab
hostibus nõ amplius passuum xij milibus abesset ut erat
constitutuꝫ ad eum legati reuertuntur qui in itinere
congressi magnopere ne longius progrederetur ora
bant. Cum id nõ impetrassent petebant. ut ad eos
equites p agmen antecessissent premitteret eosqꝫ pu

gna prohiberet. Sibiq ut potestatem faceret in vbios lega
tos mittendi. Quorum si pnceps ac senatus sibi iureiuran
do fidem fecisset ea conditione que a Cesare ferretur, se
usuros ostendebat ad has conficiendas sibi tridui spatiū
daret. Hec omnia Cesar eodem illo die pertinere arbitra
batur et tridui mora interposita equites eorum q ab es
sent reuerterentur tamanen sese nō longe milibus pas
suum quatuor aquationis causa processurum eo die dixit
huc postero die q frequentissimi conuenirent ut de eorum po
stulatis cognosceret. Interim ad prefecto qui cum omni eqtatu
antecesserant. et ipi se lacesserent mittit qui nūtiarent
ne hostes prelio lacesserent et ipi se lacesserent substinerēt
quo ad ipe cum exercitu propius accessisset. At ubi hostes
primum nros equites conspexerunt quorū erat v^m nu
merus cum ipi nō amplius octingentos equites habe
rent quod ipsi qui frumentandi causa ierant Trāsmos
sam nō dum redierant nihil timētibus nris qd lega
ti eorum paulo ante a Cessare discesserāt atq his dies
indutijs dictus erat ab his petitus. Impetu facto
celeriter nros pturbauerunt, rursus resistentibus
nostris consuetudine sua ad alpe des dissiluerunt
suffossis equis compluribusq nris de iectis reliquos in
fugam conieceterunt, atq ita pterritos egerunt nō ut p
us fuga desisterent q ut in conspectu agminis nri ue
nissent. In eo plio exequitibus nris interficiuntur
quatuor et LXX. in his vir fortissimus Piso equitanus am

plyssimo genere natus. Cuius auus in ciuitate regnū suā obtinuerat amicus a senatu nr̄o appellatus. Hic cū fratri intercluso ab hostibꝫ auxilium ferret. Illum ex periculo eripuit ipse equo uulnerato deiectus quo ad potuit fortissime restituit. Cum circumuē tus multis uulneribus acceptis cecidisset. Atq id fr̄ qui iam ex cesserat prelio procul aīaduertisset inci tato equo se hostibus obtulit, atq interfectus ē.

Hoc facto prelio Cesar neq iam sibi legatos audiēdos neq conditiones accipiendas arbitrabat̄. atq his qui p dolum atq insidias petita pace ultro bel lum intulissēt. Ex pectare uero dum hostium copie iungerentur equitatusq reuerteretur summe dementie esse iudicabat et cognita gallorū infir mitate quantū iam apud eos hostes uno prelio au ctoritatis eēnt consecuti sentiebat. Quibus ad consilia capienda nihil spatij dandum existimabat.

His cōstitutis rebus et consilio cū legatis et questo re comunicato nequam diem pugne intermitteret oportunissime res accidit. Quod postridie eius diei mane eadem et pfidia & simulatione usi ger mani frequētibus omnibus principibus maioribusq natu adhibitis ad eum in castra uenerit simul ut dicebatur sui purgandi causa quod contra atq etiam dictū et ipsi petissent prelium pridie commi xissent. simul ut siquod possent de indutijs fallen

do impetrarent quos sibi Cesar oblatos gauiẜ illos
retineri iussit. Ipe omẽs copias excastris eduxit
que recenti prelio pterritum ẽe existimabat. Agm
subsequi iussit acie triplici structa et celeriter octo
milium confecto itinere pus ad hostium castra
puenit. Qui omibus rebus pterriti et celeritate
ad uentus nr̃i et discessu suoꝝ neqꝫ consilii habẽ
di neqꝫ arma capiendi spatio dato pturbabãtur.
Copias ne aduersus hostem ducere an castra defen
dere an fuga salutem peter̃ prestaret querũ
timor cum fremitu et concursu significaretur.
milites nr̃i pristini diei pfidia incitati incastra
iruperunt. quo loco qui celeriter arma caper̃
potuerunt paulisper nostris restiterunt. atqꝫ iter
carros impedimẽtaqꝫ prelium commiserũt. At reliq̃
multitudo pueroꝝ mulierumqꝫ (nã cũ omib͡ʒ
suis domo excesserant rhenumqꝫ transierant) pas
sim fugere cepit ad quos consectandos Cesar eq
tatum misit. germani post tergum clamore
audito cum suos interfici uiderent armis ob
iectis signisqꝫ militaribus relictis se ex castris
eiecerunt. Et cum ad confluentem mosse rhenīqꝫ
peruenissent. Reliqua fuga desperata magno nume
ro interfecto reliq se in flum̃ precipitauerũt. atqꝫ
ibi timore lassitudine et ui fluminis oppssi perie
runt. Nostri omẽs ad unum incolumes p paucis

uulneribus extanti belli timore cum hostium nūs
capitum · CCCC · xxx · milium fuisset se in castra re
ceperunt. Cesar his quos in castris retinuerat di
scedendi potestatem fecit · Illi supplicia cruciat⁹
gallorum ueriti quorum agros uexauerant remanere
se apud eos uelle dixerunt. his Cesar libertatem conces
sit. Germanico bello confecto multis de causis Cesar sta
tuit sibi ēē transeundum quarum illa fuit iustissima.
Quod cum uideret germanos tam facile impelli ut ī
galliam uenirent. suis quoqꝫ rebus eos timerꝰ uo
luit. cum intelligerent et posse et audere · po · ro ·
exercitum rhenum transire. Accessit etiam qđ illa
pars equitat⁹ usipedum & Tenchaterorum quam supra
memoraui predandi frumentandiqꝫ causa · Mosam
transire neqꝫ prelio interfuisse. Post fugam suorum
trans rhenum in fines sicambrorum receperat. seqꝫ cū
his coniunxerat. ad quos cum Cesar nuncios misisset
qui postularēt eos qui sibi gallieqꝫ bellum intulissēt
ꝯ sibi dederent responderunt · po · ro · bel imperium
rhenum finire. si se inuitos germanos in gallia trā
sire equum existimaret. cur sui quicqꝫ ēē impe
rij aut potestatis trans rhenum postularet. Vbij
aūt qui uni ex transrhenanis ad cesarem legatos
miserant amiciciam fecerant obsidēs dederāt
magnope orabant ut sibi auxilium ferret quod gra
uiter a sueuis premerentur. uel si id facere occu

pationibus. po. ro. prohibentur exercitum modo trans
rhenum transportaret. is sibi auxilium spemque reliqui
temporis satis futuram tantum esse nomen atque oppinione
eius exercitus Ariouisto pulso et hoc prelio nouissimo
facto est ad ultimas germanorum nationes uti oppinio
ne & amicicia po. ro. tuti esse possent nauium copiam
ad transportandum exercitum pollicebantur. Cesar
his de causis quas commemoraui rhenum transire
decreuerat. sed nauibus transire neque satis tutum
esse arbitrabantur. neque sue neque po. ro. dignitatis esse sta
tuebat. Itaque et si summa difficultas faciendi. pontis
proponebatur propter latitudinem rapitudinem altitudi
nemque fluminis tamen id sibi contendedum ut aliter
non traducendum exercitum existimabat. Rationem
pontis hanc instituist. Tigna bina sexquipedalia ab
ab imo preacuta dimensa ad altitudinem fluminis interuallo
pedum duorum inter se iungebat. Hec cum machinationibus
immissa in flumen defixerat fistucisque adegerat
non sublice modo directe ad perpendiculum. sed
prona ac fastigiata ut secundum naturam flumi
nis procumberent. His item contraria duo ad
eundem modum iucta interuallo pedum quadra
genum. ab inferiore parte contrarium atque impetum
fluminis conuersa statuebant. Hec utraque insuper bi
pendalibus trabibus immissis quantum eorum tignorum
iunctura distabat binis utrinque fibulis ab extrema.

pte destinebant quibus disclusis atque in contrariam pte re
uinctis tanta erat opis firmitudo. atque rerum earum
natura ut quo maior uis atque se incitasset. Hec artius il
li geta tenerentur. Hec directa materia iniecta co
texebantur ac longuris cratibus consternebant ac ni
hilo setius sublice ad inferiorem partem fluminis ob
liqꝫ agebantur. Que pro ariete subiecte et cum ope
couincte uim fluminis exciperent et alie item supra
pontem mediocri spatio ut si arborum trunci siue na
ues deiciende opis causa eent a barbaris misse. His
defensoribus earum rerum uis minueretur. neu pon
ti noceret diebus decem quibus materia cepta compo
tari omni opere effecto exercitus traducitur. Cesar
ad utramque partem pontis firmo psidio relicto in fines
Sicambrorum contendit. Interim a compluribus ciuitatibus
ad eum legati ueniunt quibus pacem amiciciamque peten
tibus liberaliter respondit obsides ad se aduci iubet.
Sicambri ex eo tempore quo pons institui ceptus est.
fuga comparata hortantibus his quos ex tencateris
atque usipetibus apud se habebant finibus suis ex cesse
rant sua omnia exportauerant seque in solitudinem ac
siluas abdiderant. Cesar paucos dies in eorum finibus
moratur omnibus uicis aedificiisque incensis frumentisque
succisis se in fines Vbiorum recepit atque his auxilium
suum pollicitus si a sueuis premeretur. Haec ab his
cognouit. Sueuos postque p exploratores pontem fieri

comperissent more suo concilio habito nuncios in omnes partes dimisisse uti de oppidis demigrarent liberos uxores suaque omnia in siluas deponerent atque omnes qui arma ferre possent unum in locum conuenirent hunc esse delectum medium fere regionum earum quas sueui obtinerent. Hic romanorum aduentum expectare atque ibi decertare constituisse. quod ubi Cesar comperit omnibus rebus his confectis quarum rerum causa traducere exercitum constituerat ut germanis metum iniceret sicambros ulcisceretur et Ubios obsidione liberaret diebus omnino x et octo trans rhenum consumptis satis ad laudem et utilitatem profectum arbitratus se in galliam recepit pontemque rescidit. Exigua parte estatis reliqua Cesar et si in his locis quod omnis gallia ad septemtrionem uergit mature sunt hiemes tamen in britanniam proficisci contendit. quod omnibus fere gallicis bellis hostibus nostris inde sumministrata auxilia intelligebat. Et si tempus anni ad bellum gerendum deficeret tamen magno sibi usui fore arbitrabatur. Si modo insulam adisset et genus hominum perspexisset Loca. Portus. Aditus cognouisset. que fere omnia gallis erant incognita. Neque enim temere preter mercatores illo adiit quisquam. neque his ipsis quicquam preter oram maritimam atque eas regiones que sunt contra gallos notum est. itaque uocatis ad se undique mercatoribus neque quanta esset insule magnitudo neque que aut quante nationes incolerent neque quem usum belli haberent

aut quibus institutis uterentur. neque qui essent ad maiorum nauium multitudinem idonei portus reperire poterat / ad hec cognoscenda priusquam periculum faceret idoneum esse arbitratum Gaium volosenum cum naui longa premittit / huic mandat ut exploratis omnibus rebus ad se quamprimum reuertatur. Ipse cum omnibus copiis in morinos proficiscitur. quod inde erat in britanniam breuissimus traiectus. huc naues undique ex finitimis regionibus et quam superiore estate ad ueneticum bellum effecerat classem iubet conuenire. Interim consilio eius cognito et per mercatores perlato ad britannos a compluribus insule ciuitatibus ad eum Legati ueniunt. qui polliceantur obsides dare atque imperio populi romani obtemperare quibus auditis liberaliter pollicitus hortatusque ut in ea sententia permanerent. Eosque domum remittit et cum his una Comium quem regem ibi constituerat / cuius et uirtutem et consilium probabat. Et quem sibi fidelem arbitrabatur cuiusque auctoritas in his regionibus magna habebatur. mittit huic imperat quas possit adeat ciuitates horteturque populi romani fidem sequantur. seque celeriter eo uenturum nunciet. Volosenus perspectis regionibus omnibus quantum ei facultas dari potuit qui naui egredi ac se barbaris non auderet committere. Quinto die ad Cesarem reuertitur / queque ibi perspexisset renunciat. Dum in his Locis Cesar nauium parandarum causa moratur Ex magna parte morinorum ad eum legati uenerunt. qui de superioribus temporis consilio

excusarent quod homines barbari et nri consuetudinis imperiti bellum po ro fecissent. seque ea que imperasset facturos pollicentur. Hec sibi Cesar satis oportune arbitratus accidisse. quod neque post tergum hostem relinquere uolebat neque belli gerendi pp anni tempus facultatem habebat. neque has tantarum rerū occupationes britanie anteponendas iudicabat magnum his numerum obsidū imperat. Quibus adductis eos in fidem recepit. Nauibus circiter octingentis octuaginta onerariys coactis cōtractis quod satis ad duas transportandas legiones existimabat. Quod preterea nauium longarum habebat questoris legatis prefectisque distribuit. Huc accedebant x et .ı. onerario naues que ex eo loco a milibus passuū octo uento tenebantur quo minus in eundem portum possent uenire has aequitibus distribuit. reliquum exercitū Q. Titurio sabino et Lucio aurunculeio cocte Legatis in menapios atque in eos pagos morinorum aquibus ad eum legati nō uenerant ducendum uenit dedit Publium sulpitium Ruffum legatum cum eo presidio quod satis ee̅ arbitrabatur portum tenere iussit. His constitutis rebus nactus idoneam ad nauigandum tempestatem tertia fere uigilia soluit. equitesque in ulteriorem progredi portum et naues conscendere et se sequi iussit a quibus cum paulo tardius eet̅ administratum. Ipe̅ hora circiter diei quarta cum primis nauibus britanniam attigit atque ibi in omnibus collibus

expositas hostium copias armatas conspexit. Cui loci hec natura atque ita montibus angustis more contine batur. Vti ex locis superioribus in litus telum adici pos set. hunc ad egrediendum nequaquam idoneum locum arbitratus. dum reliquae naues eo conuenirent ad ho ram nonam in anchoris expectauit. Interim legatis tribunisque militum conuocatis et que ex uoloseno co gnosceret et que fieri uellet ostendit. Monuitque ut rei militaris ratio maxime et maritime res postularent.
Et quod celerem atque instabilem motum haberent ad nu tum et ad tempus omnes res ab his ad ministrarentur.
His dimissis et uentum et estum uno tempore nactus secundum dato signo et sublatis anchoris circiter milia passuum septem ab eo loco progressus, ac plano littore naues constituit. At barbari consilio nro cogni to premisso equitatu & essedariis quo plerumque genere in prelio uti consueuerunt. Reliquis prelius subse cuti nros nauibus egredi prohibebant. Erat ob has causas summa difficultas quod naues propter magnitudinem nisi in alto constitui non poterant. Militibus autem ignotis locis impeditis manibus magno et graui one re armorum oppressis simul et de nauibus desilien dum et fluctibus consistendum et cum hostibus erat pugnandum cum illi aut ex arido aut paulum aqua progressi omnibus membris expediti notissimis rebus locis audacter tela conicerent et aequos in

suefactos incitaret quibus nris rebus perteriti atq huius omnis gnis pugne imperiti no eadem alacritate ac studio quo in pedestribus uti prelijs consueuerunt utebantur. Quod ubi Cesar aiaduertit naues lon gas. quarum et species inusitatior et barbaris et motus ad usum expeditior paulum remoueri ab onerarijs nauibus et remis incitari et ad la tus apertum hostium constitui. Atq inde fundis sagittis tormentis hostes propelli ac submoueri iussit. Que res magno usui nris fuit. Nam et nauium figura et remorum motu et insusitato ge nere tormentorum p moti barbari constiterunt et paulum modo pedem retulerunt. atq nris militibus cuctan tibus maxime pp altitudinem maris qui decime le gionis aquilam ferebat contestat deos et ea res legi oni feliciter eueniret. desilite inquit milites ni si uultis aquilam hostibus prodere. Ego certe in eum rei pu atq imperatori offm prestitero. Hoc cum magna uoce dixisset se ex naui proiecit. atq i hostes aquilam ferre coepit. Tum nostri cohortati in terse ne tantum dedecus admitterent uniuer si ex naui disiluerunt. Hos item nri ex proximis primis nauibus cum conspexissent subsecuti hosti bus apropinquauerunt pugnatum est ab utrisq a criter. Nostri tamen quod ordines seruare neq firmiter insistere neq signa subsequi poterant

atq; alius alia ex naui quibuscumq; signis incurrerent se agregabat / magnope pturbabant. Hostes uero notis omibus uadis ubi aliquos ex litore singulares ex naui egredientes conspexerant incitatis equis impeditos adoriebantur / plures paucos circumsistebant. Alii a latere aperto in uniuersos tela coniciebant. Quod cû animaduertisset Cesar Schaphas longarum nauium / item speculatoria nauigia militibus compleri iussit. Et quos laborantes conspexerat his subsidia submittebat. Nostri simul arido côstiterunt suis omib; consecutis in hostes impetu; fecerut atq; eos in fugam dederût. neq; longius pseq potuerunt quod equites cursum tenere atq; insulam capere nô potuerût. Hoc unam ad pristinam fortunam Cesari defuit hostes prelio superati simul atq; se ex fuga receperunt. Statim ad Cesare; legatos de pace miserunt obsides daturos queq; imperasset facturo se polliciti st una cum his legatis Comius ad trebas uenit quem supra demonstraueram a Cesare in britannia premissum. Hunc illi e naui egressum cum ad eos oratoris modo Cesaris mandata deferret. comphenderat. atq; î uîcula côiecerant. Tum prelio facto remiserunt et petenda pace eius rei culpam in multitudinem coniecerunt & per imprudentiam ut ignoscerent petierunt. Cesar questus quod cum ultro in

continente

incontinentem legatis missis pacem abse petissent belluz sine causa intulissent ignoscere imprudentie dixit. obsides qz imperauit. Quorum illi ptem statim dederunt partem ex longinquoribz locis accersitam paucis diebz sese daturos dixerunt. Interea suos remigrar in agros iusserunt. principes undiqz conuenire et se ciuitatesqz suas Cesari comendar ceperunt. His rebz pace confirmata post diem quartum q est i britania uentum. naues xviii de quibus supra demonstratum est quas equites sustulerant ex superiori portu leni uento que cuz appinquarent britanie. et ex castris uiderent tanta tempestas subito orta est ut nulla earz cursu tenere posset. Sed alie eodem unde erant p fecte reuerterent. Alie ad inferiorem ptem isule que e proprius solis occasum magno sui cum periculo deyicerentur que tam anchoris iactis cum fluctibus complerentur necessario ad uersa nocte in altum puecte continentem petierunt. Eadem nocte accidit ut e luna plena. qui dies maritimos aestus maximos in occeano efficere consueuit. Nostris id erat incognitum. Ita uno tempore et longas naues quibus Cesar exercitum transportandum curauerat. quasqz in aridum subduxerat estus compleuerat ut onerarias que ad anchoras erant deligate tempestas afflicta. neqz ulla nris facultas aut administrandi aut auxiliandi dabatur. Compluribus nauibus confractis

reliquę cum essent funibus anchoris reliquisq; ornamentis amissis ad nauigandum inutiles magna id quod necesse erat accidere totius exercitus perturbatio facta est. neq; enim naues erant alie quibus rebus cognitis principes britanie qui post prelium ad Cesarem conuenerant inter se conlocuti cum equites et naues et frumentum romanis deesse intelligerent et paucitatem militum ex castrorum exiguitate cognoscerent quę hec erant et angustiora quod sine impedimentis legiones Cesar transportauerat optimum factu esse duxerunt rebellione facta frumento commeatuq; nostros prohibere et rem in hyemem producere quod his superatis aut reditu interclusis neminem postea belli inferendi causam in britaniam transiturum confidebat. Itaq; rursus coniuratione facta paulatim ex castris discedere aut suos clam ex agris deducere ceperunt.

